

www.e-rara.ch

**Status et quaestiones theologicae, controversae catholicos inter et
papistas de sacramentis**

Zwinger, Theodor

Basileae, anno 1633

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-70397>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

6.
STATUS ET QUÆSTIONES
THEOLOGICÆ,
CONTROVERSÆ
CATHOLICOS INTER ET PAPISTAS,
DE
SACRAMENTIS:

EX
DANIELIS CHAMIERI
PANSTRATIÆ CATHOLICÆ
TOM. IV. paucioribus CONTRACTÆ,
Tabulisq; continuis DELINEATÆ:

Quas,

DEO TRINUNO adjuvante,
PRAESIDE Viro Rever. & Clarissimo,
D. THEODORO ZUINGERO,
SS. Th. Doct. ac Profess. Eccl. Basil. Antistite
venerando, Decano Facultatis Theo-
logicæ spectabili,

Ad geminam DISPUTATIONEM,
quarum PRIMA, tribus prioribus partibus Tabul. comprehensa,
d. 18 OCTOBR.

ALTERA, partibus duabus postremis,
d. 20. NOVEMB. instituetur,
offeret

FRANCISCUS SZIGHETI,
UNGARUS.



BASILEÆ,
Typis JOHAN. JACOBI GENATHI, Anno 1633.



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DN. GEORGIO RAKOCI,
PRINCIPI TRANSYLVANIÆ,
Partium Regni Hungariæ DOMINO,
Siculorum COMITI, &c.
DOMINO meo Clementissimo.



DE Te nunc venio, PRINCEPS CELSE, non corpore, quod jussieras, nec obtinui; sed affectu, sed calamo, pectoris teste. Nam tametsi domi forem, famulus quidem Herois sui facie, desiderio levaretur; ipse verò magis votis meis & animo, quam præsentia juvareris, siquidem juvari posses. Rara quidem in Principibus facilitas est, accedentes ad se custoditis foribus non arceri, sed mihi nec Tua benignitas dubium facit: & mei Te, seu Principis, seu Patroni nominibus, justam reor esse præbitam causam compellendi. De primo mihi gaudium cum cæteris commune est: inter quos, hanc felicitatem, Te Principem Transylvanis contigisse, divina fortuna partita est. Cum tempestatibus occupatis, servatorem ad reddendam malaciam optare satis fuisset, Te admirando beneficio nacti sumus, quo autore, non tantum pristinis amplius uti, sed etiam augmentum, ac gloriam sperare insuper liceat. Quis verò tantam in nos favoris Dei constantiam pro merito suspiciat? Cujus promptitudinem, celeritate votum nostrum æmulat, toties, pari exemplo, jam-jam vidimus: ut turbine rerum nostrarum sollicitis, ferè prius auxilium supervenerit, quam pericula surrexissent. Non, quòd scilicet nostrum non ita graviter sæpè concussum, ut propemodum jam prostratum, sen-

sisse-

fissemus; sed, quòd interceptam salutem antevertere immeritis, nulla tarditas habeatur. Quàtò Transylvania tot motibus infelicioꝝ, tantò Deus tot succursibus humanior est. Cui Regno, dum Principum vices & fata, tanquàm venenum, viꝝ concoquit; quasi jam de more salutaris Medicus intervenit, & irritamenta dolorum, ne laborantem absorbeant, tandiù continet, quandiù dissoluta antè membra capiti vicissim coaptentur. Non ingrediar nunc Superiorum, B O T S K A I, R A K O C I Parentis Tui, Magni deniq; B E T H L E N, memoriam; quorum ortu difficillimis temporibus procurata medela est: Tu mihi docendi causa satis. Qui cùm infido interregno, tanquàm pelago,

— *Venti velut agmine facti*

Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant;

foedâ confusione percitus, caput, alter Neptunus, extulisti: profligatoq; timore, securitatem suo loco reduxisti: vel hoc uno facile consecutus, ut si quid vota possint, id Tibi regnum quàm diuturnum debeat. In quo insignem & magnanimi-tatis & amoris in Patriam Tecum laudem trahis. Non ignorabas, quàm arduum sit, & quanti laboris, seu capeffendo, seu postea pergendo, imperare: cui, hunc curarum Oceanum ingressuro, tot Syrtes occursare, tot monstra fremere, tot denique minari casus, & infortunia potuerunt. Ac sanè, si probè sit, dextrâque famâ imperandum, valdè dubito, num quisquam sub Sole æquè ponderosum Principum vitæ pertulerit. Adeò, & studio bonitatis indefessam; & gratiæ, levi momento vacillantis, iusto metu, semper inquietam esse oportet. Puniunt? Mox se sævire audient. Præmiant? Invidiæ seminârunt. Non omnibus explendo vota demunt? Attulerunt injuriam. Paci student? In ignaviam vertitur. Bella gerunt, nec sat prosperè? Imprudentiæ retulerunt infamiam. Sunt & fumivenduli: qui, cum Principis voluntate, tanquàm mercem propinando, fumo digni circumëunt. Sunt adulatores, genus hominum publico exitio repertum: à quibus ne innocentia vis inferatur, ô quàm tueri difficile! Delatores denique citò vel optimum quenque subversum eunt, nisi

Seneca. parum cerâ obdere aures, & firmiore spissamento opus esse duxerint, quàm in fociis Ulysses ferunt: ut mirum non sit, si pleriq; Principum magno animo incuntes imperium, tædio fracti, spontè ad extremum deseruerint. *Audivè,* inquit *In Aureliano.* Vopiscus, *Diocletianum privatim dixisse: Nihil esse difficilius, quàm benè imperare. Colligunt se quatuor, vel quinq;, atq; unum consilium ad decipiendum Imperatorem capiunt. Dicunt, quid probandum sit. Imperator domi clausus est, vera non novit. Cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur. Facit Judices, quos fieri non oportet; amovet à Republicâ, quos debebat obtinere. Quid multa? Ut Diocletianus ipse dicebat; Bonus, cautus, optimus venditur Imperator.* Putares malos, quibus nulla recti honestique lex, & ratio agnoscitur, impunè ferre libidinosum imperium: sed nec illis, dum odii necisq; suspicione ingenium ac pectus variè excarnificant, libertas, ut impia, sic otiosa relinquitur.

Vopiscus. *Gladii, Saturninus ajebat, & tela nostris cervicibus impendent, imminent hasta undiq;, undiq; spicula. Ipsi custodes timentur. Ipsi comites formidantur. Non cibus pro voluntate. Non iter pro auctoritate.* Jam Transylvania nescio an non industrium quemq; negotio Rectorem fatigaret: Usq; adeò Regnum, & moribus civiû ferox, & æmulatoribus contentiosum, & malevolorum technis practicû, & turbulentiâ mobile est. Vitam certè Tuam, non ad popinam, sed palæstram; non ad torporem, sed sudores, optime Princeps, transtulisti. Nemo Te delicata, ac voluptates Regno Tuo vel quæsisse, vel invenisse criminetur: cui & somnum vigiliantiâ fraudatum, & victus modum, licet semper temperanti, curis adhuc magis cōtractum necesse sit: tum etiam, si quid antè de mollibus cognovisses, hâc purpurâ, immensâ occupationum mole commutatum. Sed quantò Te validiùs terrere tot obstacula potuisse credendum est, tantò evidentiùs in Patriam studiū Tui documentum edidisti; quo devotus, ac imperterritus, nihil pro Republ. & Religione Tuâ cunctandum esse duxeris: tantò & audendi forritudine certiùs suavisti, ut quæ multi desperatione dimitterent, eorum nihil virtuti Tuæ non facile, vel fuisse, vel futura judicemus. Quanquàm & ortus Tui nobilitate,
Prin-

Principis proles, & virtutum, seu Parentis, seu propriarum,
 meritis accendi iustissimè potuisti, quò nos ad curam Tuam
 vel maximè pertinere agnosceres. SIGISMUNDUS Pater
 Tuus, Dux, & Senatorum Hungariæ Regni unus fuit: non in-
 dignus, quem & Roma prætextatum, paludatumque inter
 suos suspexisset: qui & honorum insignibus fulgorem Gen-
 ti suæ, & facinore armorum præsidium præ se tulit. Neque
 ejus fortitudo meliorem ad extollendum requirere Rhetor-
 em posset, quàm quòd ipse Agriensibus, probatissimæ sem-
 per toto Regno militiæ, præfuerit: cujus hostis vicinus, vel
 ad nomen, tanquàm objectâ calamitate, luxatus est. Quo mi-
 lite, quid Imperator, & quid miles hoc Imperatore potuerit,
 pugnâ pugnata ad Sixonem, didicimus: cui nescio, an non
 seu fama, seu admiratio deferri debeat, quarumcunq; histo-
 riæ aliarum meminerunt; ubi à paucis, triplo pluribus extor-
 ta victoria est. De Luculli quidem cum Tigra ne prælio An-
 tiochus Philosophus commemorat; *Nullum tale Solem un-*
quàm aspexisse: in quo Lucullus Tigranem, ducentis & quinquaginta
millibus, vigesimam partem majori exercitu stipatum, vi-
cit: peditum centum-millibus interfectis, equitum per paucis
elapsis: cum è suis quinq; solùm, centum præterea vulneratis, ami-
fisset. Tamen mihi sic videtur: aut fidem quærere historiam,
 aut Romanis non cum hominibus negotium, sed pecoribus
 extitisse. Et subvenit testis Strabo: *Romanos erubuisse, deri-*
fisseq; semer-ipsos, quòd in tam vilia mancipia ferrum strinxis-
sent. Hic autem cæteris omnibus in hoste, præter paucita-
 tem, paribus, obfirmatis ad victoriam animis non cessasse, sed
 obstinaciam obstinaciâ obtrivisse, quanta magnanimitas,
 quanta virtus esse debet! Dignus miles, dignus Imperator,
 quibus Orbis illa Domina, non ut Lucullo, Romanisve, lau-
 reos, ac triumphum; sed cupidè decrevisset: non in stipites,
 sicut illi, sed in viros, se tertiam partem plures egregiè victo-
 ribus. Dignus verò suâ Gente, sanguine suo R A K O C R U S,
 qui non tantum de Circumcisis illis prophanis gaudium po-
 pularibus procurare, sed etiam in alios, patientiâ Hungaricâ
 impotenter abutentes, excandescere didicerat. Unde factum,

Plutarchus.

Apud eundem.

quòd, cùm clāssicum illud Botskajanum, deturbandis turbatoribus, insonuisset, socius tam præclari operis, & insigne momentum accesserit: multos alios ad simile capeffendæ libertatis exemplum, nobile sydus, totidem stellas secum trahens. Quibus omnibus comparavit, ut extincto Stephano, in nullum alium Transylvani cupidius oculos pro Principe, quàm in ipsum conjecerint. Quo tempore, fidem penè superaret! Quantus animus clarissimi Herois apparuit: quando unus in illum omnium consensus, idemque votum omnium, cum renuentis pertinaci difficultate luctatum est. Expugnavit tamen magis obsequium, quàm voluntatem, urgens perseveransque sententia: & quoniam vel flens quoque, ac invitus, coactus est, incredibilis modestia imperatam purpuram non jam suscepit, sed passa est. Sed cùm & his in Patriam amoris & beneficiorum exemplis validè posteritatem in gratitudinem obstringat, tum hoc uno vel maximè cepisse illam videtur; quòd Te nobis, Princeps Generosissime, Dominum ac Patrem futurum ediderit. Enimverò, si quidam Cambyfis, supra patrem Cyrum, laudibus ausus est detrahere, quòd ille, in relinquenda post se pari sobole, infra patrem subsisteret: coronam reliquis meritis textuisse credendus est, quisquis Te insuper ex se genitum Reipubl. adjecerit, his fascibus dignissimum. Quo certè, seu privato, seu jam Principe, quid, quantumve profecimus, alii prædicent: ego silentio suppressum, mecum potiùs, & tacitus, quòd quidem sciam, venerabor. Nec enim à me, quæ mea est oratio, Tuæ laudes, nisi indignè tangerentur. Unum cogor non filere: quòd mihi meæ literæ, quas tenues circumfero, quò rusticiùs, eò verius extorquent. Tantum nostras, & communes omnium literas in se Tibi agnoscere, quantum nunquam in ipsissimo Mecoenate vel Virgilianæ, vel Horatianæ potuerunt. Quòd enim barbaries, elevato literarum quasi Sole, discussa est: quòd ingeniis, divinarum humanarumque rerum sapientiâ ardentibus, pulcherrimè luceamus: quòd inter sydera, & terrarum orbem, mentibus abrepti, philosophemur eleganter, à Tua tertii, vel alterius manu dimanavit: qui pridem jam

ex illo Tuo percelebri Helicone magnâ eruditionum fecunditate, utrunque Regnum, tanquàm divino ex fonte amplificâsti, prosperâsti. Et sanè rara Musarum ambarum felicitate evenisse fatendum est, quòd, cùm antè solam Pannonicam tantâ liberalitate curaveris, educaveris, colueris; jam & Dacicam, in Te gratiæ Tuæ ac benignitatis expectatione decumbentem, clementissimè, Princeps factus, sustineas: ut quæ diversis quondam nutritoribus, æmulatione quâdam, & invidiâ ferri in invicem videri potuissent, eæ nunc, in Tuo Parentis unius sinu coeuntes, amicissimè se mutuò amplectantur, osculentur. Quæ etiam causâ est, optime Princeps, quòd liberiùs hanc in Te gratulationem depromere ausus sim. Serò quidem, si fragiles hasce chartas, si Latium inconditum respicias; sed si pectus, cum aliis, eximiam Patriam salutem ducentibus, unâ cepi, deponam unâ. Perfer modò, quorum stabilitati, tanquàm Atlas fulcimentum humeros Tuos induisti: semper quidem habebis, quibus Tuâ, nostrâque Tecum incolumitate, flore, vigore, quasi tabes colligatur; sed nec vicissim Acharibus carebis, & fidis observatoribus; in quorum amplexu vel somnum ducere possis. Illi Te non amabunt solùm, sed & cavebunt securitati Tuæ, multò anxius, quàm oculis, quàm suæ ipsorum vitæ: cùmque illos, exemplum pietatis & virtutum præferendo, Tecum rapis; illi Te vicissim, velut rem & seculis & domibus rarissimam, sollicitè quasi manibus & præcordiis circumducent. Quin & alacres arma sequentur, & de suâ vitâ singuli, quicquid nobilissimum est, Tuæ libenter largientur: satîs victuri, si pro Tuâ prosperitate ac gloriâ explere vitam potuissent. Nam quod me unum attinet, supra certè quicquid sim, quicquid mea censerî studia possint, gratiam Tuam extulisti. Cui satius esse convenit, verbo tenuitatem prodere, quàm vel memet excedendo fingere umbram virium; vel aliquid Tuâ personâ, Tuâ Majestate exilius, ac contemnendum, promittere. Habeo tamen mentem, quam si velles, si amare, si facere tanti posses, æternùm deesse nolo. Quod nunc Tibi non meo secus, quàm superiorum nomine offero, qui mecum unâ in hoc calamo loquuntur.

tur. Spes nos propemodum nostra ac solatium defecerat, nisi collapsis velut Numen opem ferendo, ex pulvere & squa-lore suscitasses: qui cum Regno in fortunarum quoque no-strarum patrociniū succedere voluisti: nullo merito no-stro, nisi quod illam JOHANNES DAIKA KESERŪI, Transylvanię Episcopus: & STEPHANUS GELEI à Con-cionibus Tibi Aulicis, Fautores, Patres nostri, orbitate affli-ctam ac moerentem commendassent, adjuvissent. Quibus, profecto, utinam nostrum ibi, Te Dominatore, ævum quàm diù adhuc fruatur! Nunc patere, Princeps pie, ad Tua me gēna, quicquid hoc munusculi sit, humiliter deponere; ve-nerabundo similem, & adorantis in modum accedentem: à quo in partem benignitatis, ac curarum tam promptè trans-scripti sumus. Facile quoque oblationis paupertatem diffi-mulabis, si tantum, ut voluntatis in Te meæ testimonium, & non alius, æstimabis: cui non aliundè majus accedere pre-tium potuit, quàm si illam serenā facie respexisti. DEUS Te, Tuosque Tecum, Regnumque Tuum, diuturnitati, po-tentiæ, paci, gloriæ, salutis, prolonget, constituat, sublimet, rēueatur! Hoc verò omnes communibus & animis & voce depromimus. Basileæ, 25. Septembris,

Anno 1633.



DISPUTATIO PRIMA.

PARS I.

TABULA I.

Papista: I. Thomas; Dicendum, inquit, quod in statu innocentie ante peccatum Sacramenta necessaria non fuerunt. p. 3. q. 61. art. 2.

II. Posterius in his Thomæ verbis distinctum statum innocentie maluerunt, in eum, quem lapsus exceperit, & in eum, qui futurus erat, si non hominem labi contigisset. Quare Dominicus à Soto Thomam, utrumque sensum in mente habentem, loquutum credidit. At Vasques cum Cajetano priorem præferebat, & admonet, Thomam non de necessitate simpliciter intellexisse, sed de necessitate congruentie: ut sensus sit; Sacramenta statui innocentie minimè congruisse. Sin in alterum sit inquirendum, negat quæri: Utrum aliqua Sacramenta futura essent indefinitè? sed; Utrum hæc, quæ nunc sunt in Ecclesia Christiana? Suares autem posteriorem magis amplectitur, & congruisse statui innocentie Sacramenta largiens, de certitudine institutionis non constare, pronuntiat.

Catholici: I. Innocentie statum habuisse Sacramenta. II. Alterum membrum distinctionis Utopiam redolere: siquidem nunquam talis status aut exstitit, aut exstat nunc, aut denique futurus est. Thomam igitur, nisi vani monstri se gesserit captator, in priorem sensum potius intentum animo fuisse. III. Quod ad necessitatem congruentie; cum doceamus, non suo innocentie statum Sacramentis caruisse, quidni non solum necessarium id facti, sed & congruum fuisse doceremus? IV. Quod ad constitutum à Vasque controversie statum; negari, novi fœderis tantum in controversiam venire Sacramenta: cum Thomæ & ejus sequacium rationes omnia comprehendat. Cur enim potius in questione novorum habenda ratio esset? Si namque status integritatis, non interpellatus ac ruptus peccato, progredi, adeoque sibi ac æternitati constare valuisset, quin ille sicut non novis, ita nec veteribus indiguisset, nos non ire inficias. V. Quod verò ad incertitudinem institutorum in statu innocentie Sacramentorum; nisi constaret instituta, nos in inquirendo, utrum sit institui congruum? fuisse pariter curiositati: nunc, cum de institutione Scripturam audiamus præmonentem, liberè profiteri, primævo statui sua quoque Sacramenta constituisse.

Papista: I. De Valentia: Dico, post peccatum, pro omnibus temporibus, atque, etiam populus Gentilium, fuisse aliqua Sacramenta propria. punct. 2. q. 2. II. Alii, ut Scotus & Durandus, dum Sacramentum, in remedium peccati originalis infantium, à reliquis Sacramentis distinctum, atque illud quidem eo tempore fuisse necessarium volunt, coarctius loquuntur, teste Vasque. III. Non secus Suares sect. 3. disp. 4. dicit ejusmodi Sacramentum institutum: Quamvis, inquit, ex divina institutione non fuerit determinata ceremonia, seu actio sensibilis ad significandum imposita, sed ex hominum arbitrio ad certum actionis modum definiretur. IV. At Vasques: Communis tamen & vera opinio, inquit, est, fidem solam, sine alio signo exteriori, satis fuisse ad justificandos parvulos. art. 3. q. 61. V. Suares, varia Canonum in lege nature fuisse Sacramenta docentem, testatur, ipseque nullum aliud, præter illud contra peccatum originis, propriè dictum, concedens; Dico, inquit, ex singulari Dei beneficio & revelatione, interdum fuisse in lege nature, in aliqua familia (Melchisedechi intelligit) vel gente usum alicujus Sacramenti propriè dicti. sect. 3. disp. 4. VI. Et ita sententiarum productis in medium rationibus Vasques: Ego tamen, inquit, valde miror, viros doctos his rationibus convictos fuisse, ut hoc assererent.

Catholici: Neque huic defuisse sua statui Sacramenta, inque eorum censum venire debere Sacrificia, frequentata ab Abele, Noacho, Melchisedech, Jobo: negarique, alia præter hæc exstitisse, solis infantibus eximia solenniaque: quare distinctionem frustra esse.

Innocentie;

1. An habuerit Sacramenta?

Resp.

SACRAMENTUM:
Alius status

Legis nature;

2. Nū habuerit Sacramenta?

Resp.

Fœderis. Vide A.

TABULA II.

Papista: Eugenius quartus. *Vetera enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dari esse figurabant; hæc vero nostra & continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus conferunt.* In Synodo Florent. & Decreto de unione Armeniorum.

Bellarminus sensum esse docet, non, veteres nullâ gratiâ ex merito Christi, nulloque eam applicante medio usos esse: sed Sacramentorum alia significasse gratiam, alia contulisse; & potitos veteres eadem nobiscum gratiâ, sed non per Sacramenta sua, verum per fidem.

Catechismus ad Parochos. *Antiqua, ut signa tantum earum rerum, quæ mysteriis nostris efficienda essent, instituta sunt.*

Gregorius de Valentia: *Gratiam ipsam omnino per hæc nostra Sacramenta tribui; cum olim in lege veteri, non propriè per Sacramenta, sed in usu duntaxat Sacramentorum, virtute fidei in Christum futurum, cuius illa Sacramenta protestationes erant, gratia tribueretur.*

Suares: *De condigno Veteres Sacramentis gratiam meruisse; Novi Testam. fidelibus ex opere operato dari.* Consentit Suari Archangelus Rubens: & causam addit; *Cum essent tantum signa, inquit, & non causa gratiæ.*

Antiqui:
3. In quo
differt à
novo?
Resp.

A.
Fœderis:
Idque

Catholici.

1. Discrimen itaque Papistis inter reliqua hoc esse: Vetera signa non fuisse gratiæ causas, nec instrumenta, gratiam conferendi; fidemque duntaxat hæc vice functam.

Signa; & sic differre, 1. *Diversitate rituum*: alios ibi; hic item alios usurpatos. 2. *Numero*: plura ibi; hic pauciora esse. 3. *Qualitate*: graviora ibi; hic faciliora. 4. *Dignitate*: illa per Moysen; hæc per Christum. 5. *Amplitudine*: illa ad primum adventum; hæc usque ad ultimum.

2. Nos Sacramenta cōsiderare, vel quo ad

Rem ipsam, Christum cum beneficiis suis: ac hic utrinque eandem esse. Calvin. in Inst.

Novi: Vide B.

Rem: & hic
vicissim
seorsim

Modum rei: & hic bis discerni:
1. *Quod ibi futurus adumbratus sit*; hic jam indigetetur exhibitus. 2. *Quod hic, pro ampliori revelationis modo, sit etiam gratiæ communicatio uberior.* Papistarum verò discrimen falsum esse: nimirum, vim nullam esse sive veterum ex opere operantis, sive novorum ex opere operato; sed fuisse & ibi, & hic adesse Deum cum suo Spiritu, eodem efficacitatis genere, nec efficacius nobis per nostra, quàm olim veteribus per sua Sacramenta gratiam conferri.

B. Novi:

P A R S II. T A B U L A I.

B. Novi: cuius sunt	Efficiens instrumentalis:	Minister	Qualis esse debeat? & num intersit plurimum, ad effectum Sacramentorum in utente obtinendum, Ministri pietas: non controversatur. De priori namque consensus utrinque est, Christianum debere esse vocatum legitimé. Alterum autem, Catholicorum olim cum Donatistis & invicem quaestionem fuisse. Verum hoc magnopere quaritur, & graviter est animoséque controversum.	
			Quaest. 1. <i>An intentio Ministri sit ad consiciendū Sacramentum necessaria?</i> Vide C.	
	Verbum. Vide D.			
	Materia. Vide E.			
	Forma. Vide F.			
	Proprietas. Vide G.			
	Effectum. Vide H.			
	Numerus. Vide I.			

T A B U L A II.

C. An intentio Ministri sit ad consiciendum Sacramentum necessaria? Resp.	Pap. Considerantes intentionis	Objectum; facere, quæ Ecclesia facit: & hic vicissim tria;	1. Quæ Ecclesia: heretica-ne, an catholica?	Bellarminus: <i>Quid, inquit, si quis intendat facere, quod facit aliqua Ecclesia particularis & falsa; & intendat non facere, quod facit Ecclesia Romana? Respondeo, id etiam sufficere.</i>		
			Thomas contrà, Ecclesiæ intentionem rectam dicit esse: & Ministrum, conformantem se huic intentioni, Sacramentum perficere. Art. 10. q. 64. part. 3.			
			Quid faciat? Effectum, eumq; vel	Materialem; nudam aspersionem aque, nudamque verborum prolationem. 2. <i>An huc intentionem ferri sufficiat?</i>	Fuere, teste Suare, qui affirmarent, Ministro, externis illis actibus inhaerente, tamen id decipiendi illudendive animo factitet, tamen constare Sacramentum; idq; Athanasii exemplo.	
				Formalem; aspersionem aque, verborumque prolationem, cum intentione Sacramenti. 3. An hoc requiratur? Vasques: <i>Necessarium esse, ut minister velit rebus & verbis facere id, quod facit Ecclesia, non solum, ut dici solet, materialiter, sed etiam aliquo modo formaliter.</i>	Bellarminus contrà; <i>Neque tamen volumus à consilio definitum, nimirum, ut solum intendat Minister facere actum externum, quem Ecclesia facit.</i>	
					Propter, &c. Vide *	
					Gradum: &c. Vide *	
Catholici: &c. Vide ††						

Remotum: Justificationem. 4. *An complexam intentione Ministri oporteat?* Omnes æque negant.

*
Propter quid?
finem, cum-
que

Affirmavit Scotus, teste Vasque.

Propinquum: Cha-
racteris impres-
sionem, sive Chri-
stianum facere.

Vasques. In eâ, inquit, intentione administrandi baptismum, non tantum, ut res naturalis est, sed ut est ceremonia quadam religiosa, includitur alia, faciendi nimirum hominem Christianum, & justificandi eum.

5. Ergo ne hunc?

Suares. Per Sacramentalem effectum non est necessarium intelligere gratiam, vel characterem, sed ipsum esse Sacramenti, quod est effectus Ministri.

*
Gradum:
6. Qualis in-
tentio requi-
ratur?

Thomas. Licet, inquit, ille, qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem habitualement, quæ sufficit ad perfectionem Sacramenti.

Scotus, præter actualem, & habitualement intentionem, tertiam finit, virtualement, mediam inter illas duas. Probat. Quid si, inquit, aliquis intendit in principio celebrare Missam, si postea est distractus, non habet actualem intentionem, quando est distractus: patet, quum non intelligat tunc illud in actu: nec habet tantum intentionem habitualement; quod talem habet dormiens. Habet ergo medio modo. Et consentit Bell.

Catholici: Calv. Ego sacrosanctæ Christi institutioni tantum deferro, ut si Epicurus quispiam intus totam actionem subannans, mihi cenam ex Christi mandato, & secundum regulam ab eo datam, ritusq; legitime administraret, non dubitem panem & calicem illius manu porrecta, vera mihi esse corporis & sanguinis pignora. Super canone 11. scilicet 7. Trident.

In semel ergo definitum Catholicis esse, Ministrum, dummodo constantiam non transiliendi limites institutionis Christi, suis actionibus imperatam, tueatur, quemcumque demum animum, qualescunq; præ se ferat intrinsecus cogitationes, esse fraudi percipientibus non posse, ut propterea, fructus sacramentalis ad eos redeundi jacturam se facturos, credere debeant: utilitatem namque Sacramentorum cœlestem pro fundamento vim habere, non ab ulla, Protheo inconstantiori, mortalium mente dependere.

Quod ad Adversarios, hæc in illis notanda occurrere. Primò, in initio Thomam statuere, Ministri intentionem, veræ Ecclesiæ intentioni conformatam debere esse. At Bellarmino, si quis intendat id, quod vera; siue id, quod falsa particularis, perinde esse.

Quod ad intentionem effecti formalis Sacramenti: Papistas, per spinas gradientium modo, loqui: ut intendatur Sacramentum formaliter, at non formaliter integre, sed aliquo modo formaliter, ut sensus sit: Nihil constitutioni perfectionive Sacramentorum detrahi; tamen si ministrans eam per se non intendat, sed suâ intentione alienæ concreditâ id studeat efficere, quod aliquem aliquando Parochum conspexisset factitantem. Unde si & illum Parochum, non expressam in animo, sed alienæ implicitam contingat intentionem circumferre, inextricabilem intricatum iri intricatarum intentionum labyrinthum.

Quod ad intentionem finis; etiam ambages esse: Scoto necessariam esse intentionem finis; Vasqui, necessariam, finis non remoti, sed propinqui: & hanc non expressam, sed inclusam in alia; Suari, intentionem finis Sacramenti, esse intentionem constitutionis Sacramenti.

Quod ad virtualement Scoti intentionem; eam esse, quæ, quantumvis in præsentiarum, curâ, circa Sacramenta occupandi se-se, solutâ, procul aliò proculq; aberrret; tamen, quia paulò ante suas in his versaverit operationes, at unde respondeat officio, Sacramentâ in suam integritatem statuendi. Et hanc falsò dici, quæ medio modo se habeat, nec ad habitualement referri possit; nulum enim inter actum & habitum medium dari.

Hæc igitur, &c. Vide * *

* * Hac

Hac igitur in re hæc Papistica sententiæ momenta esse. I. Ad perfectionem Sacramenti præcisè requiri intentionem Ministri. II. Sufficere virtutalem, i.e. si ante illi rei cogitationibus incubuerit, quamvis modò retractas illinc, eas, in nescio quibus, & contrariis etiam, si placet, velit actibus occupatas. III. Intendere non solum materialiter, ut nihil aliud, e.g. in Baptismo, à se actum cupiat, quam ut verba proferat & tingat; sed etiam formaliter ad effectum & finem feratur, i.e. & ad constituendum Sacramentum, & ad efficiendum per id characterem, hominemq; Christianum, mentem defixam teneat. IV. Hac formali intentione suam nihilominus constare Sacramento suo perfectionem, si sit aliqua ratione formalis, i.e. ut ut ipse non ultra se fatiget in cogitando, quam in eo se conformem fieri, quod observaverit alium aliquando facientem.

T A B U L A III.

Quæritur:

1. An sit consecratorii, vel concionatorii?

Resp.

Papista: Bellarm. Calvinum distinguere concionem, ut sit vel pars essentialis Sacramenti, vel aliud aliquod requisitum pro Sacramento fructuosè percipiendo; & hic mentem occulere; cum & illud, & quidem sapius, esse concionem doceat: & interdum de eâ, ut re distinctâ à Sacramento, loquatur, appendicem verbi statuens.

Catholici: Fatuam esse questionem, & calumniam potius, quam questionem. Esse enim unum idemque verbum & consecratorium & concionatorium; ratione tantum differre: quatenus namq; illud est, pertinere ad essentiam; quatenus hoc, ad modum tradendi Sacramenta: & sic nihil incommodare Bellarmini verba, nisi concionem pro concionatorio vâfrè substituisse. Namq; concionem esse Pastoris orationem: quæ, tantum abest, ut essentia sit Sacramenti, ut sæpè absq; ulla vel mentione Sacramenti possit haberi. Nec obstat, quòd appendicem verbi Sacramenta posuerit; intellexit enim de verbo promissionis, cujus reverâ sunt appendices Sacramenta.

2. An verbum concionale sit aliquid essentialis Sacramenti?

Resp.

Papista: Bellar. Non requiri verbum concionale ad essentiam ullius Sacramenti. *Catholici*: Calvin. Apparet, nullam in Papatu legitimam esse signorum observationem. Nam verbum quidem se habere jactant, sed quòd sit incarnationis vice; quia illud lingua incognitâ demurmurant: & ita, quasi mortuo elemento potius, quam hominibus destinatum foret: nulla mysterii explicatio ad populum, qua sola facit, ut mortuum incipiat esse Sacramentum. Quamobrem à nobis affirmari.

T A B U L A IV.

Externa: signa sensibilia.

3. Num & visibilia?

Resp.

Papista: Reliquos sensus, olfactus, gustus, tactus, ita comparatos esse, ut etiam visum in signis sacramentalibus admittere comitem possint: exemplo probari sacrificiorum & mannae. Illorum enim combustione & oculos visus, & nares olfactus affectas; hujus comestione & visus & sapor occupatos: & quicquid obnoxium tactui est, idem quoque visui esse; auditum verò cum suo objecto focos alios ferre sensus non solere. Neq; enim sonum, in quo genere verba sunt, tangi, aut gustari, aut olferi, aut denique videri posse. Unde constare, quoniam quædam verba signorum sacramentalium censerî debeant numero, neque sint nisi auditus, non omnia signa sacramentalia visibilia dici posse. Bellarm. c. 9. 14. 18. Suares disp. 1. sect. 3. Vasques disp. 128. sect. 4.

Catholici: Nostram constantem esse sententiam, omnia signa sacramentalia, dum diversa diversos occupent sensus: Sacrificia nidore olfactum; Pascha cum Cœna Domini gustum; Baptisma cum Circumcisione tactum, nunquam non occupare visus ipsos: & quia verba non afficiunt visus, hinc certò sequi, non esse ulla in sacramentalium signorum censu.

Interna: &c. Vide 20

Papista: Bellarm. Gratiā hinc triplicem esse: justificantem præsentem, passionem Christi præteritam, & vitam æternam futuram: atque primæ potiorē in significando rationem haberi; nimirum, quia Sacramenta Novi Testamenti id efficiant, quod significant.

Catholici: Quod ad rem, haud multum nobis controversi cum Adversariis; modum potissimum docendi displicere. Primò siquidem, justificationem non tantum non præcipuè, sed ne significari quidem probatur, additā ratione. Argumentum esse. Quicquid significant Sacramenta, hoc efficiunt. At justificationem significant. Ergo eam efficiunt. Minorem sumere, quod est in quaestione. Conclusio- nem de efficientia, non de significatione probare.

20
Interna: res si-
 gnificata;
 gratia. Quæ-
 ritur: *Quæ-*
nam sit?
 Resp.

Porro, eadem ratione justificationem non præcipuè, sed solam significari, in secun- da figura concludi posse. Quicquid significant Sacramenta, hoc efficiunt. At pas- sionem Christi & Vitam æternam non efficiunt. Ergo nec significant. Si non il- las, solam igitur justificationem non præcipuè. Atqui negari partem minoris; Vi- tam æternam Sacramenta non efficere: si enim efficiant medium, quod est justi- ficatio, quidni & finem, Vitam æternam, ab illa dependentem? Quemadmodum si pharmacum efficit purgationem, medium sanitatis, quidni finem quoque, sanita- tem ipsam?

Postremò, & Vitam æternam & Passionem præcipuè magis significari, quàm justi- ficationem. Illam, quia finis est, cujus potior in omnibus intenditur cura; & pro- pter vitam æternam, Sacramenta significare passionem justificationemque, tan- quam media ad illam. Alteram verò; quia I. id præcipuè significari dici potest, quod propinquius significatur. At passio, &c. Ergo, &c. II. Id præcipuè signifi- catur, quod semper. At passio semper, institutione sic requirente; Justificatio non item. Quod enim non efficitur, id neque significatur, Bellarm. teste. Jam autem justificatio plerumque non efficitur, tunc, cum ponitur obex, testibus Papistis. Ergo, &c.

T A B U L A V.

1. *Quibus administretur?* Resp. Mortuis in os ingerere Eucharistiam, pri- scam esse consuetudinem: Baptismo defraudare infantes, Anabaptista- rum esse. Infantes cum Baptismo non arcere ab Eucharistia communio- ne, quibusdam etiam Catholicis olim non displicuisse. Nos & in his con- tra cum Papistis tenere; & in aliis hanc circa quaestione consentire cum iisdem.

Externa; quæ
 in admini-
 stratione
 perceptio-
 neq; consi-
 stit. Quæri-
 tur:

F.
Forma: v-
 estque

2. *An ita
 stricta ob-
 servatio-
 ne, ut ni-
 hil muta-
 re liceat?*
 Resp. dif-
 tingui
 inter

Essentiale Sacramenti: & hoc integrè, sine ullā vel micā mu- tationis, in administratione sartum tectumve custodiendum esse. Neque reclamare Bellarminum: *Non solum*, inquit- tem, *res, sed etiam verba in Sacramentis novæ legis à Deo deter- minata sunt, ut non liceat quicquam immutare.*

Et acci-
 dentale;
 hocq;
 vel

Expressum in institutione: ut in Eucharistia, fra- ctio panis; calicis distributio. Achic quoq; præ- cisam requiri observationem; tolerabilius hic ta- men, quàm ibi, peccari.

Non: & hic Ecclesiam suo jure uti posse, huic in- tercè regulæ innitentem ac obstrictam: *Omnia decenter & ordine fiant.*

Interna; &c. Vide &c.

20 *Interna*:

So
Interna in analogia signi & signati consistit.
Quæritur:
Utrum Sacramenta non significant saltem, sed etiam efficiant? Resp.

Nos credere de Sacramentis eximiis, quàm ut in ea tantum signorum classe collocata existimemus, quàm sint imagines, illustrium Virorum parietibus appensæ; nullius alterius usus, nisi ut eos, cum rebus gestis suis, quibus immortalitati nomen & famam consecrârunt, in memoriam revocent. Nimirum esse præter signum, pignora efficacissimum signorum genus, in id, cujus est pignus, ei, cui pignus est, jus conferens; quale fuit funiculus coccineus Rachab. Sed neque hic conquiescere: verum, quia quædam pignora nihil ultra excitationem animorum, conferentis accipientisque, valeant; præter pignus, quòd etiam instrumenta sint, persuasos esse, per quæ exhibeantur, quæ, tanquam signo, denotantur: per quæ fiant, quæ, tanquam pignore, confirmantur. Nec huc-usque Papistis adversarios esse.

T A B U L A VI.

G.
Proprietates: ut esse

Ceremonias. Et dum nihil hic existet nobis cum Papistis controversum, duo nolumus omit-
 tendæ: I. Ceremonias, nunc, nostræ ad obsequendum Deo promptitudinis indicia, religionisque testes esse: ut, inter orandum genu-flexio, manuum elevatio, lachrymæ, jejunia; nunc, ad testimonium, divinæ voluntati, clementer erga nos affectus, dandum, inservire: ut erant; vellus Gedeonis: Jud. 6. regressio umbræ: 2. Reg. 20. Utrumque in Sacramentis reperiri: & commendationem eorum observatione nostri erga Deum officii pietatisve; & divinæ bonitatis, nobiscum gratosè procedentis, testificationem: sed hanc scopum esse præcipuum; ut non possit non esse damnabilis Anabaptistarum error, opinantium, non aliò Sacramenta, quàm ad discrimen inter fideles & infideles faciendum, respicere. II. Si Sacramenta ceremoniarum sint catalogo, ergo sequi, non esse aliquid essentialiale religionis, sed appendicem tantum: religionem siquidem animum interius occupatum pro sede tenere; ceremonias autem externa esse, & extrinsecus ex-
 cereri.

Signa. Vide

T A B U L A VII.

Naturalia, quæ per se significant: ut fumus est naturale signum ignis.

Instituta, quæ significant ex alicujus instituentis voluntate: sic, hederam vini; item non redituri diluvii signa esse.

Signa. Quæritur: Quod genus signorum? Resp. Signa esse

Afficere alia { Sensum; cujusmodi sunt, Josuæ 4. duodecim lapides. Funiculus coccineus Rachab: Josuæ 2. & alia: ut 1. Sam. 14. 10, 11. 1. Reg. 13. 3. Luc. 2. 12. Marc. 14. 44.

Intellectum: ut imagines rerum, typi, & allegoriæ.

Impositionem: ut characteres; e.g. nullam rationem esse, cur hoc G Latini septimam notent literam? cur Græci hoc γ tertiani, præter impositionem?

Alia significare secundum

Analogiam { Causalitatis: ut cum ex effectis causæ, & contrâ significantur.
 Similitudinis: ut cum signa cum iis, quæ signant, proprietate conveniunt.

Utranque, &c. Vide

Utranque

Utraque: Sic in voce *assumptio* & similitudinem & *Non* esse. Illam; quia significat ery-
mologiâ suâ animal elevatis oculis, quale est homo. Alteram autem; quia tamen re-
spondeat rei suæ suum nomen, tamen homo non indigretur unquam, nisi sic usus po-
stulâset. Hoc genus signorum esse, imagines Divi Caesaris, cum Comera: Hercules, cum
Leonis exuvio clavaque: Plutonis, cum Cerbero: Neptuni, cum Tridente ac Tritone:
Jovis, cum Fulgure & Aquilâ. Ubi & similitudo adest, hominis nimirum: & ea, ad quen-
cunque hominem referendum alioquin apta, notis additis ex arbitrio pingentium, ad in-
dicandum in individuo hunc vel illum, coarctatur. Quod ad Sacramenta; esse instituta,
nempe à Deo, sensualia (non quasi nihil intellectui, solo sensu affecto, intiment, sed quia
prius huic, & illi tandem) secundum utranq; significantia, neutri parti dubium esse. Tan-
tum Bellarminum vim illam significandi per analogiam elevare: & Suarem nonnihil fi-
nistrè sentire de eadem. Hunc, ut qui dicat; *Non esse de necessitate definitionis Sacramenti,*
quod significare debeat ex similitudine: quæ omnibus quidem Sacramentis convenit, quæ de
facto instituta sunt: & quævis non sit simpliciter necessaria, tamen ex quadam congruitate, &
sapiente institutione, semper observatur. Illum autem; dum ordinis tertii signa describat,
habentia aliquam analogiam cum re, sed tam indeterminatam, & confusam, ut magis apta sint
ad significandum, quàm actu significant, nisi determinentur ab aliquo. Sed Bellarminum Bel-
larmino contradicere, Augustinum pro se citanti; *Si Sacramenta, agentem, quandam si-*
mitudinem earum rerum, quarum Sacramenta sunt, non haberent, omnino Sacramenta non
essent. Suarem verò mendacii Augustinum arguere, negantem; secus esse Sacramenta,
si similitudo non adsit. Denique, mente procul à se peregrinante loqui: similitudinem in
omnibus Sacramentis reperiri, neque tamen esse necessariam: quemadmodum enim re-
ctè quis inferat: Omnis homo est compositus animâ & corpore; quamobrem compositio
est homini necessaria. Sic: Omne Sacramentum significat per similitudinem; ergo
hæc ratio significandi est necessaria, probè infero.

T A B U L A I I X.

H.
Effecta:
ut col-
latio
gratiæ:
4. Qua
liter
cōfer-
tur?
Resp.
Pap.
cōfer-
ri

Non ex o-
pere ope-
rante:
1. Opus
operans
cujus sit?

Sed ex o-
pere ope-
rato:

Ministri, confe-
rentis tantum;
ut sit sensus:
Gratiâ non cō-
ferri ex merito
Sacerdotis? Sic
veteres:

2. An utriusque, conferentis & accipientis; ut sit sensus: Neutrius merito
gratiâ conferri? Sic recentes omnes, Bellarm. Greg. de Val. p. i. Vasques,
Virvesius.

3. Quid sit?

Altenstaigh: *Opus, vel signum exterius exhibitum, quod sit ad signifi-*
candum aliquid, & valet ex institutione & pacto.

Hofmeisterus: *Nihil aliud est opus operatum, nisi veritas verborum Chri-*
sti, & hujus infallibilis promissio, adeoq; ejusdem nunquam violanda or-
dinatio.

Bellarmin. *Est sola illa actio externa, quâ Sacramentum dicitur.*

4. Quòdnam, &c. Vide &c.

Altenstaigh: *Opus operans est motus ipsius agentis interior.*

Hofius: *Corporis [Christi] pro nobis traditi, hujus sanguinis*
pro nobis effusi, virtute, non autem merito Sacerdotis aut
actione, fieri, ut cum Deo reconciliationem, peccatorum re-
missionem, & ea, quæ petimus, omnia consequamur.

Non secus Innocentius, Andreas Fabricius, Leodius in 13.
art. August. Confess.

Præscribendo: ut Bell. cum Vasque. Nimirum Sacramenta causas esse gratiæ, hoc ad scientiam sufficere: de modo, quo causa sint, quæri, de fide non requiri: quemadmodum neque de Christi fimbriâ, quando sanâisset, quærendum fuisse, quo id in genere causarum præstitisset, cum sanâsse, hocque scire & credere, satis esset.

Recentes;
idque

Distinguedo:
causas esse

4. Quòdnam
genus cause
Sacramentis,
ex opere o-
perato con-
ferentibus,
assignandum?
Resp.

1. Proprias five veras; & per accidēs, five sine quâ non: atque Sacramenta dant, esse veras causas in gratia conferenda.

2. Principales, vel instrumentarias: I. Harum utra sit? Valques. *Præsens controversia non est*, inquit, *an Sacramenta sint causa primaria gratiæ? ut falso supponit Calvinus. Quis enim unquam Catholicorum in controversiâ revocavit, an Sacramenta sint causa primaria, seu principalis? Semper namq. inter Theologos controversia solum fuit, an Sacramenta sint causa instrumentaria gratiæ, & quâ ratione?*

Physicas: II. Hæne sint? Suares disp. 9. sect. 9. *Secunda*, inquit, *sententia principalis est*, (nam oppositam priori loco positam oppugnavit,) *Sacramenta esse causas gratiæ, quia per veram actionem Physicam concurrunt ad sanctificandos homines. Notatq. tripliciter exponi: quòd vel disponent ad gratiam à Deo, non à se factam: vel quòd gratiam non efficiant quidem, sed effectum aliunde, uniant cum anima. Quibus rejectis; Tertius, inquit, modus propriè ac rigorosè explicandi hanc sententiam, est: Sacramenta efficere gratiam, quia ipsamet actio Physica, per quam gratia fit, & educitur de potentia obedientiale anima, verè ac realiter & physicè pendet ab ipsis Sacramentis. Et hunc valde probat ac laudat de consensu Thomistarum, Scripturæ, Conciliorum: tum quòd dignitati Sacramentorum Papisticorum respondeat; tum etiam, quòd facile defensus sit.*

Morales: III. Num hæ? Vasques disp. 132. c. 3. & 7. prior refutat; *Esse*, inquit, *Sacramenta novæ legis instrumenta Dei, ad gratiam producendam, non quidem physica, sed moralia. Et explicant. Nimirum sanantibus Apostolis preces & contactum instrumenta fuisse nō physica, quæ sanarent ipsa, sed moralia, per quæ tantus impetrabatur à Deo.*

Scholastici quærent secus, adeoque simplicius: IV. Num Sacramentorum efficacia sit à vi quadam eis inherente, an assistente? Atque utraque pars diversos multosq. habet assertores, negatoresq. Et Vasques has circa sententias octo recenset opinionum dissensionumque capita, omnia sibi improbata.

Quali-
ter
gratia
cōfer-
tur?
Resp.
Catho-
lici: &
quidē
inpri-
mis

Adversariis: I. Opus operatum esse novam phrasin Scholasticorum, & barbaram simul. Novam: Soto namque; *Ajunt*, inquit, *Sacramenta nova legis ex opere operato gratiam conferre: quod quidem verbum non modo in sacra Scriptura non extat, verum neq; apud antiquos reperitur.* Barbaram verò; quandoquidē fateatur Bellarm. operatum, contra regulam Grammaticæ, passivè sumi. Et frustraneum esse conatum excusandi ejusdem autoritate Augustini, qui, *Melius est*, inquit, *ut nos reprehendant Grammatici, quam ut non intelligant populi.* Enimverò primum nos Grammaticum eramus dimissuri libentius peccatum, dum ad criminandum non impelleret novitas. Deinde rectè Augustinum loquutum; sed interim nihilo plus hanc phrasin ad captum plebis, quàm lyram facere ad atheni. II. Opus operans intellexisse veteres strictius, Ministri; cum latius recentiores produxerint, etiam ad meritum personæ recipientis. III. Quod ad Bellarmini præscriptionem: unde igitur civiles inter se Sophistarum discordiæ, contentiones, bellaque, ut præmonendum Vasqui fuerit cum Catholicis, inferius disputabitur? Scilicet, in quo non ad æquitatem consensus torquere invicem mentes possint, id apud illos non esse de fide: si quid autem sit, cui nobis dare suffragium, obstat veritas, pro eo nulla anathemata satis esse. IV. Vasquent Calvinum stupidè traducere: altum enim apud eum esse de principali causa silentium. Verba esse: *Tantum hic quaritur, propriâ ne & intrinsicâ, ut loquuntur, virtute operetur Deus, an externis symbolis resignet vices suas?* Nimirum posterius hoc affirmare Papistas: Deum agere per vim ab eo Sacramentis inditam intrinsecam; sibi verò extrinsecam. Et hoc esse, quod jam controvertatur.

Quod ad qua-
stionem; Sa-
cramenta
cōferre gra-
tiam effica-
citer: hacque
de efficiâ
docere nos
tùm

In genere: de qua Calvinus; Præstat igitur verè Deus, quicquid signis promittit, ac figurat: nec effectui suo carent signa, ut verax & fidelis probetur eorum autor. Esse quapropter Sacramenta efficacia semper, & in omnibus. Verum aliter in fidelibus, aliter in infidelibus. In his ad damnationem: nam qui edit & bibit indignè, damnationem sibi ipsi edit & bibit: in illis ad salutem; Poculum benedictionis, cui benedicimus, communio sanguinis Christi est: Panis, quem &c. Hanc esse per se, ex usu legitimo; qui tùm in administratione, tùm perceptione consistit. Illâ quidem; ut iidem ritus usurpentur, & administrandi modus idem teneatur. Alterâ verò, ut ad institutum percipiantur. Damnationem esse per accidens, ex abusu.

Specialius: nimirum, I. Hanc efficaciam ponendam esse in genere causæ, non principalis, verum instrumentalis. II. Nullam esse vim Sacramentis inhaerentem, quæ se se exerat in gratiam, eamq; novam, in animam, qualitate vel caractere ornandam, superinducat. Agnoscere nos igitur assistentem. III. Physicorum instrumentorum genus respicere, morale verius amplecti. Quemadmodum namque comparatum in seculo Regibus, & promittere quippiam magni verbis, bonitatem suam commendandi, deque prompta parataque voluntate suos edocendi nomine; & deinde sigilla ad fidem certiore faciendam promissis appendere: ita Dominum illum, Regem Regum, regni sui olim possidendus, eternamque salutem, pollicitum; atque, quò magis rudi infirmâq; fidei nostræ subveniri posset, visibiles illas Sacramentorum ceremonias adhibuisse. Hancq; rationem redolere morem non Physicum, sed Ethicum. Quamobrem sicut sigillum Regis efficax est, nullâ sibi inhaerente virtute, sed tantùm, quia sic illi visum: ita quoque de Sacramentorum efficiâ esse cogitandum.

PARS III. TABULA I.

Numerus: de quo	Genera- liter: 5. Quot sint?	Papista calumniatur cōtra	Zvvinglium: eum lib. de ver. & fals. Relig. cap. de Matrim. Matrimonium addidisse Sacramentis. Deinde, non libenter addidisse: non, quasi definitio Sacramenti non competere Matrimonio; verum quia Sacramenti vocabulo, tanquam minus illustri, Matrimonium contaminaretur. Calvinum: eum addere Ordinationem, lib. 4. Instit. c. 17. §. 31. & 14. §. 20. & in Antid. Trident. sess. 7. quatuor tantum rejicere; Confirmationem, Pœnitentiam, Unctionem extremam, Matrimonium. Sic Bellarm.
		Definiunt. Tridentinum Concilium: <i>Si quis dixerit, Sacramenta nova legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro constituta, aut vel plura, vel pauciora, quàm septem, &c. anathema sit.</i>	
		Catholici: Nobis, rejectis cæteris omnibus ex hoc censu, in Eucharistiæ Baptismi quæ Sacramentorum bigam, unanimem omnium consensum ferri. De Zvvinglio Calvinoque, quod mentiat in signiter Bellarm. hoc ipso esse refutatum.	
		Specialius: 6. <i>Quæ nam sint?</i> Confirmatio, Pœnitentia, extrema Unctio, Ordo, Matrimonium, Baptisma, Eucharistia. Affirmant Papistæ; de quibus sic sigillatim docent.	

TABULA II.

Confirmatio, cujus sunt:	Materia: eaque	Remota: ut oleū cum balsamo mixtum, quod <i>Chrisma</i> vocant, cum consecratione Episcopii. Et hoc cōsiderat, vel	In se toto. De quo hoc cuderunt axioma: <i>Chrisma esse materiam simpliciter necessariam, ad essentiam & substantiam hujus Sacramenti conficiendam.</i>	
		Quoad partes cōponentes: 1. <i>Utrum ex oleo simul & balsamo materia hujus Sacramenti substantia- liter, an ex hoc accidentaliter, illo vero substantialis- ser, confect?</i>	Posterior hoc, Cajetani suamq; Soto sententiā esse proficitur: Gregorius de Valētia tam illustrium, tamq; multorum esse Doctorum, ut opposita jam vix dici queat communis. Nimirum, non constare ex balsamo necessitate Sacramenti, sed tantum necessitate præcepti. Alii prius malunt. Soto: Universalis ferè omnium est, mixtionem balsami esse de substantia Sacramenti; ita quod sine illa nullum esset. art. 2. distinct. 7. Bellarm. <i>Materiam confirmationis, non simplex, sed oleum mixtum cum balsamo esse.</i> cap. 3. de Confirmatione. proposit. 2.	
		Propinqua: ut unctio ex oleo, in formam crucis in fronte adhibita.		
		Forma: ut; <i>Consigno te signo crucis, & confirmo chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.</i>		
	Effectum:	Donatio Spiritus S. ad robur, qui datur in remissionem peccatorum in Baptismo. Klingius.		
		Alii distinguunt in effectum	Sacramentalis gratiæ. Atq; hoc confert, Bellarmino, gratiam gratum facientem; quæ quidem major sit, quàm Baptismi, in ordine ad roborandam animam contra Diaboli impetus: minor autem, in ordine, ad remissionem peccatorum; cum non remittat totam pœnam.	
	Uſus; Vide	Characteris: quo adscribimur in Christi militiam, unde consecrarium; Hoc Sacramentum repeti non posse.		
		Institutio, &c. Vide K.		

Post Baptismum, & non ante.

Ufus; tum

In omnibus
etiam in-
fantibus:
2. Num
verò in his
necessario?
Resp.

Melchiadis Epistola: Subito decedentibus sufficiens fore Baptisma, super-
victuris confirmationem necessario adhibendam; in quibus hæc duo,
unum ab altero, nec possit, nec debeat divelli.

Gratianus. *Nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione Episcopali fue-
rit chrismatus.* de Consecr. distinct. 5. canon. *Ut jejuni,* ex Concilio Aure-
lianensi.

Alii: Esse divinum præceptum, cum confitenda Tyranno fides.

Alii: Ecclesiasticum, non divinum.

Alii: Nullum, sed rem duntaxat arbitrariam. Hinc negat Suares, omisso-
nem hujus Sacramenti voluntariam, esse peccatum. Per accidens tamen
fieri posse; nempe, si contemptus, temeritas, scandalum, vel quid aliud
accedat. Et Gregorius de Valentia: Communem sententiam esse, nul-
lo præcepto divino vel ecclesiastico sancitum usum hujus Sacramenti;
ac proinde omitti, cum recipi posset, peccatum mortale non esse.

T A B U L A III.

Biel, ac tres enumerat opiniones: I. quam tribuit Alexandro: Nec Christum, nec Apo-
stolos instituisse; tum quòd non legatur, quando, vel ubi; tum quòd Apostoli usi sint non
hac materia, formæ, sed solâ manuum impositione. II. Institutam esse ab Ecclesia in
Concilio Meldenensi. Hancque tribuit Bonaventuræ.

K.
Institu-
tio:
1. An
sit in-
stituta;
& à
quo?
Resp.

II. quam in-
scribit Tho-
mæ, quæque
nunc omniū
est: Confir-
mationem,
sicut cætera
omnia Sa-
cramenta
novæ legis,
esse à Chri-
sto institu-
tam: verum

2. *Quomodo; actûne, an mandato?* Jancerus: *Autorem hujus Sacramenti
Christum esse, tum conferendo, tum promittendo.* In Probat. Sacramentorum,
c. 4. Concilium Senonense: *Nec obscurius quidem Sacramentum Confir-
mationis Christus instituit, cum parvulus manus imponeret.* Decret. 10. Ob-
sistit Suares: *Verissimum est, Christum Dominum nunquam suis manibus de-
disse Sacramentum hoc; imò neq; ante ascensionem ejus fuisse ab aliquo mi-
nistratum.*

Jancerus loco citato ex
Matth. 19. ubi Christus
legitur manum impo-
nisse infantibus. Et
Concilium Senonen-
se. Ibid. Suares

Repugnat

*Quamvis gratis demus, (ad locū Mat-
thæi respondet) ibi fuisse aliquo modo
adumbratum hoc Sacramentum: quòd
tamen ibi fuerit institutum, nullo fun-
damento affirmari potest. Probat, quia
ibi nulla legatur promissio; materiæ
formæq; designatio nulla. Item, non
esse vero simile, Christū pueros con-
firmasse: nec enim decuisse ante
glorificationem hoc Sacramentum
administrari: nec ideo pueros obla-
tos, sed ut benedicerentur.*

3. *Quando?* Resp.

Alii, post resurrectionē
ex Joan. 20. cum in eis
insufflavit Dominus,
dicens; *Accipite Spi-
ritum S.* Sed nec hoc
placet Suari, utpotē
cui, nec in verbis, quorum finis peccata remittere; nec in insuffla-
tione, per quam datur Spiritus non ad robur, ullum Sacramenti hu-
jus vestigium videatur.

Alii, tempore institutionis Cœnæ Dominicæ. Suffragatur Suares:
quòd nullum possit tempus commodum magis excogitari.

T A B U L A I V .

Calumniantur. Bellarm. Calvinum Chemnitiumq; horumque sectatores, Montanistarum Novationorumque, pœnitentiam Sacramentum esse negantium, hæresin resuscitasse.

Pœnitentia. Hic

Nomen :
Pœnitentiam dupliciter capi: pro

Internâ, quæ conversam occupet mentem, peccatum odio prosequentem, Atque hanc esse Sacramentum negant.

Externâ, quæ signis externis, mœrore, lachrymis, confessione, se prodatur. Hancque sumunt vel ante, vel post Evangelii prædicationem. Illam non esse Sacramentum; hanc esse, verum distinctè: si nimirum conjunctæ cum internâ, absolutio quoque adfit.

Institutio-
nem; eamque accer-
sunt ex

Matth. 4. *Pœnitentiam agite*: sive, Marc. ult. *Pœnitementi, & credite Evan-*
gelio. Klingius.

Johan. 20. *Insufflavit Discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum, quo-*
rumcunque remiseritis, &c. Trident. Concil. Bellarm. Panigarolla, Lin-
danus.

Matth. 16. & 18. locis similibus, de ligatione & solutione peccatorum.
Hosius.

Matth. 4. materiam; 16. formam; ult. Lucæ, efficaciam: *Oportet predicare in*
nomine ejus, scil. Christi, pœnitentiam & remissionem.

Considerant

Materiam, i. e.
signum, quod
Lindano, Po-
ligrano, Tap-
pero, absolu-
tio est. Estque

Remota: Ut peccata, non quidem ut amplectenda, sed ut detestanda.
Thomas, Hosius, Soto, Catechismus ad Parochos.

Actus pœnitentis: ut contritio, confessio, satisfactio. Con-
ciliis; Florentino, Trident. Hosio, Soto, Panigarollæ,
Bellarm. etiam accessus ad Sacerdotem; genuque flexio,
Contareno.

Pœnitens, Klingio.

Proxima: Actus Sacerdotis, Colonienfibus.

Manuum impositio, Poligrano ex Concil. Carthagenf. 4.
can. 78.

Quibusdam sola absolutio omnia est. Scoto sic sentien-
di duce.

Formam. Estque Absolutio. Hosio, Eckio, Panigaroll. Kling. Contareno, Enchiridio Co-
lonienf. Bellarm. De Valentia, Salmer. Conc. Trident.

Usus; Repetit Salmero ex 2. Cor. 2. *Nam ego, quod donavi, &c.* & 5. *Dedit nobis ministerium*
reconciliationis. 1. Tim. 5. *Manus cito nemini imposueris.*

Catholici: Nos admittere, Pœnitentiam & fieri oportere, nec hâc aliud ullum frequentius in Ecclesia evenire; esseque nihil aliud, quàm aversionem mentis & voluntatis à malo ad bonum, ut illà quidem noverimus, qualiter nos erga Deum hominesque componere ac gerere conveniat in posterum: alterà verò annitatur, adeoque quâ colendo Deum, quâ proximum complectendo, faciamus officium. Hancque mutationem aperire se non rarò forinsecus, tum confessione detestationeque anteactorum morum ac vitæ, lachrymisque & jejuniò; tum autem pietatis bonorumque operum omnis generis exercitiis. Nec absolutionem à Ministro, cum opus sit, rejicere. Verùm Sacramentum credere, & hæc ita confiteri, aliud esse. Hoc quidem à nobis fieri probe; illud à Papistis stupidè. Quod ad Bellarmini calumniam; nominatos hæreticos, pœnitentiam Sacramentum esse, negasse, mendacium esse impudens. Qui namq; negassent, cum nullus Catholicorum tum temporis asseruisset?

T A B U L A V.

Extrema Unctio; cujus cō- siderant	Materiam; estque	Propinqua: ut unctio va- riarum cor- poris partiū; nimirum,	Quinque sensuum:	Oculorum.
				Aurium.
	Narium.			
	Oris.			
	Manuum.			
	Formam; estque ex Eckio tri- plex:	Romana sive Gregoriana, deprecativa. <i>Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid deliquisti per visum, auditum, &c.</i>	Renum, propter concupiscentiam.	
			Pedum, ob vim progressivam, exsequutionemque.	
	Effectum; contra	Ambrosiana sive Mediolanensis, absolutè judicativa. <i>Ungo oculos tuos oleo sancto, in nomine Patris, Filii, & Spiritus S. ut, quicquid visu illo peccasti, dimittatur per hujus olei unctionem, idq; per Dominum nostrum Jesum Christum.</i>	Germana & Gallica, composita ex utraque.	
			Morbos corporis.	
	Personam; estque	Sustinens:	Fidelis, usu rationis præditus.	
Non excommunicatus.				
	Graviter;	Confessus & absolutus.		
		Graviter & proximè mortem ægotans.		

Catholici:

Catholici non eunt inficias, *Unctionem*, signum miraculose operationis divinæ in restituendis agrotis, aliquando viguisse; *Sacramentum*que nomine suo quodam modo censeri debere: nimirum, quomodo arcum cœlestem, umbram horologii, &c. tamen, quia 1. id, quicquid est, Apostolorum tempus non exceßerit: 2. Miraculo non caruerit: 3. Ordinarium non fuerit: 4. Gratia justificanti non interservierit: quæ omnia contrà in Eucharistia, Baptismoque reperire fit, persuasi sunt, hujus ordinis non esse.

T A B U L A V I.

Relatione habitudineque ordinatorum.

Gradu, qui ordinem primo modo ac ceptum facit: Estque	Major: ut,	Hypodiaconorum, qui Diaconis præparent vasa corporis & sanguinis Christi, oblationesque populi excipiant. Diaconorum, qui Sacerdoti sacrificanti adsint, ei que serviant. Sacerdotum, qui ipsi sacrificent.
	Minor: ut,	Ostiariorum. Lectorum. Exorcistarum, pellendis Dæmoniis, per manus impositionem. Acolythorum, gestandis cereis, & porrigendis vino & aqua.

Nomen Durando q. 1. Accipitur vel pro

Est ne verò hic ordo Sacramentum? Non videntur velle Alphòsus de Castro, Vasques, Durandus, Cajetanus, teste Lindano, Colonienfes, Soto, Michaël Medina, Navarrus; quos ambos de Valentia addit: contrà Lindanus, & Belarminus.

Eo, quod exteriùs sensibilibiter circa aliquem geritur, ut in aliquo gradu super alios constituatur. Quà consideratione Ordo Sacramentum esse? Resp. Neutro priorum modorum esse, sed tertio. Scotus in Reportatis, art. 3. ad 24. quarti. *Tertius articulus est, si ordo est Sacramentum. Et dico, quòd non: sed ordinatio; quia omne Sacramentum est signum sensibile.* Sic quoque Hosius & Eckius.

Ordo; cuius considerant

Institutionem, quam arcessit Bellarm. ex Act. 13. *Segregate mihi Paulum & Barnabam.* 20. *In quo vos S.S. posuit Episcopos.* Ad Eph. 4. *Ipse dedit quosdā quidem Apostolos, alios &c.*

Materiam;

Hypodiaconis patina tradita, calix vacuus, & urceolus cum aqua, manibus lavandis.
Diaconis manus & orarii, i.e. stola impositio, cū tradito Evangelii textu.
Sacerdotibus manus inunctio, stola, calix cum vino, patina cum hostiis tradita.
Ostiaris clavis.
Lectoribus codex divinarum lectionum.
Exorcistis liber exorcismorum.
Acolythis candelabrum cum cerea, & urceolus vacuus.

Formam. Vide L.

Unitatem. Vide M.

L. Formam,

T A B U L A VII.

- Hypodiaconis est, in Episcopi oratione quâdam.
 Diaconis: *Accipe potestatem legendi Evangelium.* Cajet.
 Sacerdotibus: *Accipite potestatem offerendi, & conficiendi pro vivis & mortuis.* Biel.
 Oltiariis: *Sic agite, tanquam rationem Deo reddaturi de rebus, qua clavibus istis recluduntur.*
 L. *Formam; quæ*
 Lectoris: *Accipe, & esto Verbi Dei relator.*
 Exorcistis: *Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos & catechumenos.*
 Acolythis: *Pensate, quod suscipitis. Acoluthum oportet ceroserarium ferre, luminaria Ecclesia accendere, vinum & aquam ad Eucharistiam ministrare.*

T A B U L A IIX.

- Scotus: Unum esse genere.
 Altenstaigh: Unitate finis.
 Bellarm. Unum vel genere, vel quia ad unum finem omnes referuntur.
 Stambuchus: Unitate finis & ordinis.
 Bonaventura: Modo quodam partium potestativarum, quæ participant naturam & partium integralium & subordinatarum.
 M. *Unitatem: Quæritur; Quomodo sit unum Sacramentum? Resp.*
 Durandus: Unum esse, vel quia in ordinibus solum Sacerdotium sit Sacramentum; reliqui tantum sacramentalia quædam antecedentia de congruitate, & non de necessitate: vel quia unitas sit perfectionis, quando concurrunt omnia, quæ requiruntur ad perfectam consequutionem finis, ad quam res ordinatur.
 Gregorius de Valentia: Traditionem potestatis, quæ sit in unaquaque ordinatione, considerari, vel ut est traditio potestatis ad ministerium Ecclesiasticum, secundum hanc præcisè rationem: vel ut est traditio talis potestatis ad tale ministerium. In priori ratione ordines convenire; in altera differre. Quod si prior habeatur generica, altera specifica; tum Sacramenta esse specie differentia: sin autem prior specifica censeatur, altera individualis; tum verò futura numero tantum differentia, & futura omnia unum Sacramentum specie. Veruntamen perinde esse: nam semper futura unum propter respectum & ordinem ad celebrationem Eucharistia.

T A B U L A IX.

- Salmero: Non quoad vinculum, sed quoad ceremoniam.
 1. Quo respectu Sacramentum sit? Resp. Juristæ, testibus Paludano & Almain: Si latè accipiat, non esse; sin strictè, tum esse.
 Durandus: Si definiatur sacræ rei signum, esse; sin autem aliquod signum corporale, vel sensibile, extrinsecus homini appositum, ad effectum significationis spiritualis, non esse.
 2. An eodem, quo reliqua, perfectionis genere? Resp. Bonaventura: *Inter cetera minus habere de proprietate Sacramentorum nova legis, & minus de se perfectum.*
 Paludanus: *Esse aquè propriè, sed non aquè perfectum; sicut asinum aquè propriè cum homine animal, sed non aquè perfectè.*
 Matrimonium: cuius considerant
 Supplementum Bielis: *Esse verè & univocè, quævis imperfectius Sacramentum.*
 Specialiora, &c. Vide N.

T A B U L A X.

Institutionem, cujus Loricarius indicat loca, Genes. 2. Matth. 19. 1. ad Cor. 7. ad Hebr. 13. 1. ad Timoth. 4. & 5.

Materiam cum Forma. Hic de Valentia quatuor sententias distinguit:

1. Cani; cui Materia est actus contrahentium: ut, consensus mutuus, verbis explicatus de presenti: Forma; verba, quibus conjungit Sacerdos.
2. Paludani, Adrianique; quibus Materia, personarum contrahentes: Forma; contrahentium de consensu verba.
3. Thomæ, & Francisci Victoriæ, Sotiique; quibus contrahentium verba pro utraque sunt: nempe, prius loquentis pro Materia; posterius pro Forma: quantumvis Soto hunc ordinem loquentium nihil curet.
4. Canonistarum; quibus Materia est, consensus mutuus: Forma autem, verba eum consensum exprimentia; hancque cæteris præfert Gregorius ille de Valentia.

Bellarminus distinguit Matrimonium: quatenus

Fit; & sic totam essentiam esse dicit in verbis consensus, quorum, quæ determinantur ab aliis, Materia fit; Forma verò, quæ determinant.
Postquam factum est: & sic ipsos conjuges, eorumque societatem conjugalem Materiam statuit; Formam verò, verba mutui consensus. Sed contrà est de Rubione & Rubeus.

3. An ulla Matrimonio gratia conferatur? Negant Gaufridus, Hostiensis, Bernardinus, Durandus, teste de Valentia. Glossa apud Gratianum, cum quæreret causam, quare posset exigi pecunia pro contrahendo matrimonio? *Hæc est ratio*, inquit, *quia in hoc Sacramento non confertur gratia Spiritus S. sicut in aliis.*

4. Quantum? Resp. Altenstaigh: *Ultimo loco ordinatur inter Sacramenta, quia minus habet spiritualitatis*, ut vult sanctus Thomas.

Effectum:

1. Conjunctio Christi cum Ecclesiâ presentis futuriq; seculi, Hosio docente. Num hanc matrimonium significet efficiatque? Resp. de Sylvestris: Eam considerari vel

Absolutè & in communi; & sic significari tantum, non etiam effici.

Determinatè ad contrahentes; & sic significari simul & effici dispositivè ac instrumentaliter.

2. Quod propius naturam matrimonii concernit: estq; duplex;

Constans ad colendam perpetuò concordiam animus, robur in pariter tolerandis adversis, & idoneitas ad educandum piè liberos, & id genus alia. Hosius, Catechismus Tridentinus.

Remedium contra concupiscentiam. De Sylvestris.

Causam administrantem.

6. Quis sit minister?

Sacerdos? Sic Canus, Gropperus.

Conjuges contrahentes? Sic de Rubione, Franciscus de Sylvestris, Bellarminus.

Tempus. rit; in

7. Quando Matrimonium Sacramentum fuerit;

Veteri Testamento? Resp. Colonienfes: Matrimonium apud Judæos Sacramentum fuisse, quemadmodum alia quoque veteris legis Sacramenta.

Novo? Sic Bellarm. autoritate Conciliorum Florentini, Tridentinique, Scholasticorum item.

DISPUTATIO SECUNDA.

PARS IV.

TABULA I.

Papista: Bellarm. ex Catech. Romano: Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vite.

Comu-
niter
in de-
finitio-
ne. Defi-
niunt
igitur

Cath. Calvinus: Est signum initiationis, quo in Ecclesia cooptamur societatem, ut Christo insti, inter filios Dei censamur. 1. Num legitime? Resp.

Bellarm. multis laborare vitiis: 1. Taceri finem principalem, justificationem & regenerationem. 2. Convenire Circumcisioni. 3. Verbo predicato, instrumēto initiationis, cooptationisq; in Ecclesiam, & institutionis in Christum. *Cathol. 1. Non esse secundum præscripta Logica exactam, sed descriptionem, satis instituto respondentem. 2. Institutionem in Christum, & censum in numero filiorum Dei, abunde justificatione, regenerationemq; testari. 3. Nihil cautius definivisse Lombardum: Baptismus, inquit, dicitur ablutio corporis exterior, facta sub formâ verborum præscriptâ. Nullam materiam, formam, subiectum, effectum, hic nominari.*

Baptismus; cuius consideramus utrinque

Essentiam; quæ consistit

Specialius in

Materia; estque

Remota: ut, Ablutio.

Propinqua: ut, Aqua. Hic utrinque consentimus, damnamusq; Seleucianos, Paulicianos, Hernam, Jacobitas, Flagellantes, quibus aqua duplicuerit in-Baptismate: & illud Maldonati in postremum Marth. [Audivi ego meis auribus Calvini Ministrum similia (Seleuco & Hermiae) dicentem, nostramq; videntem, ut ille vocabat, simplicitatem & ignorantiam, quod crederemus. Baptismus necessario debere aquâ constare. Non enim, inquebat, magis aquâ, quam igne constare debet, cum pluribus locis Christus igne, quam aquâ, baptizaturus dicatur. Sic isti boni Doctores Scripturam interpretantur:] putidam calumniam esse protestamur, solis auribus Jesuiticis subnixam, cum ex Calvinii, cæterorumq; Catholicorum scriptis aliud longe constet, etiam optimè consciis Adversariis.

Catechismus Tridentinus: Ex his ritibus, quicunque, servetur, Baptismus verè perfici, credendum esse.

2. Non
& mer-
sio?
Resp.

Sed & Catholici: Quavis primitus in more posita mersio fuerit, nec ejus de tempore in asperersionem transmigrata quicquam satis exploratum noverint, nisi in Baptismate illorum trium millium, & multitudo & iniquitas temporis, & pudor, talem mutationem consuluerint potiorē; tamen, cum nihil hac vel illa de significandi analogiâ depereat, utraque usurpetur, nihil referre.

3. Quoties ablutio fiat; semel vel tertio? Resp. Catechismus Tridentinus: *Utrum unica, an trina ablutio fiat, nihil referre existimandum esse.* Sed Catholici, quemadmodum arbitrariam alterutrius usurpationem negatum non eunt: & illud canonis Apostolici 50. *Si quis Episcopus, aut Presbyter, non tres mersiones initiationis fecerit, sed unam &c. deponatur;* tanquam temerarie præscriptionis necessitatem, non indicatam à Scriptura, detestantur: sic usum uni ablutioni simplici, securiori libentius deferunt.

Forma. Vide 30

Effecto. Vide O.

Subiecto: ut Personis. Vide R.

Adjuncta: ut, Ritus. Vide K

30 Forma.

Forma: ut, In nomine Patris, Filii, & Spiritus S. Utra præferenda? Ego te baptizo, Latinorum; an, Baptizetur servus Dei, Græcorum? Resp. Bellarminus: Latinorum esse non tantum veram, sed & necessariam. Catholici; Ne pili quidem interesse aliud, præter quarundam syllabarum vocaliumque sonum: & unius tam debere tenaciter observationi insistere, varietati circumstantiarum & ædificationi intento, quemadmodum alterius. Nimirum Græcam apud Græcos, Latinam apud Latinos salutarius adhiberi, nominari.

T A B U L A II.

Calumniantur; Vasques, Bellarm. cum Tridentinis: Non tantum verum effectum Catholicos denegare, sed etiam ultra addere; nimirum, agente Bellarm. I. Baptisatum non posse damnari, etiamsi velit, nisi nolit credere: vel, ut Vasques; Esse peccati expertem & incapacem: vel, si non; damnari nihilominus non posse, modo maneat in Ecclesia. II. Liberari ab obedientia Legis, tum Dei, tum Ecclesiasticæ. III. Fieri ejus omnia vota irrita.

4. Num funditus extirpetur? Resp. Tridentinum Concilium anath. 5. Bell. c. 13. Lindanus autem nimium quam emphaticè: *externo aqua signo adhibeo ita animum sordibus abluit, atq. reatibus semel expiat, nihil ut maneat sordium, nihil ut super sit reatum. Quin-imò baptizatorum peccata omnibus omnino, sive originalis illius contagii, sive additorum etiam illi delictorum, tum à nervis deterisa, niuida, ac emundata, tum à maculis quoq. emaculata prorsus, atq. pura puta Spiritus S. sanctissima efficit membra, omni ornamentorum genere instructissima, pretiosissimaq. virtutum prorsus omnium, cælestiumq. illarum dotum mundo cumulatifima simul & decoratissima.*

5. Num virtute suscepti semel Baptismi futura quoque sint remissa peccata? Resp. Tridentini: *Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post Baptismum sunt, solâ recordatione & fide suscepti Baptismi vel dimitti, vel venialia fieri, anathema sit.*

Lege Dei infligendas, & jure Civili. Num hæ condonentur? Resp. Tridentinum Concil. *Quamquam in Baptismo poenas peccatorum condonari exploratum esse debet; ab eo tamen poenarum genere, quæ civilibus indiciis ob grave scelus aliquod persolvenda sunt, nemo liberatur, ita ut, qui morte dignus sit, per Baptismum à poenâ, quæ legibus constituta est, eripiat.*

Pœnalitates, i.e. infirmitates, quas ob introductum semel in Mundo peccatum sustinere cogimur. 6. Num tollantur in Baptismo? Resp. 1. Tolli. 2. Manere quidem, sed non tanquam peccati poenas. 3. Virtute Baptismi effici, ut olim prorsus tollendæ sperentur.

Papista

Peccati

Designant:
quæ effica-
cia sit? ni-
mirum re-
missio, ea-
que

Pœnarum:
& distin-
guunt; Pœ-
nas alias
esse

O.
Effectum; &
cōsistit par-
tim in effi-
caciâ, par-
tim in neces-
sitate. Quod
ad illam,
hic

Catholici: Vide P.

T A B U L A III.

Calumnias primum ; primam earum Calvinum in Antidoto purgasse. Deinde, agnoscere Petrum & baptizatum, & peccasse gravissime: in Harmonia ad Matth. 26. Tum autem, cur reprehenditur, tanquam omnia, etiam optima opera peccata esse docens, & quidem mortalia, si immunes peccati baptizatos voluerit? Tantum vero abest à secundâ, ut contrâ potius in Liturgiâ docuerit, quâ baptizati ad obedientiam Legi præstandam obligantur. Nimirum, duplicem obligationem esse: vel, ut Legem impleamus, si salvos nos maluerimus: vel, ut æternum luamus, postea quàm convicti sumus transgressores. Hæc minime baptizatos obligari, ad Gal. 3. sed alterâ maximè. Per Ecclesiam verò, sin intelligant Papisticam, suas Traditiones cupientem adorari; fateri rigidiores nos, quàm, ut ejus præscriptionum vinculis capi, obstringique conscientias nostras patiamur: nec ob hoc eam nobis indignari jure posse, legitimâ autoritate destitutam. Tertia erat de Voto: verum Calvinum de votis non quibuscunque, sed illegitimis, cujus farinae sunt Papistica, loquutum.

P.
Catholici resp. quod ad

Præsens: siquidem status gratiæ duabus his maximè rebus constat, Sanctificatione, & Justificatione. Hanc paternam esse Dei, quâ peccata condonando, quâ justitiam Christi imputando, gratiam: illam cœlestem donum, gratiam justificantem cōsequens, illustratâ pietate, voluntateque in melius immitatâ, possessorem suum edendis bonis operibus efficiens expeditum. Utramque fideles per Baptismum obtinere: sed cū justificationem totam; alteram certè residuis in nobis, repugnantibusque Legi diviniæ vitis, imperfectè: dietim quidem progressibus augendam; minimè tamen, nisi post vitam alteram, suo justo complemento consummandam. Calvinus, Helopæus, Beza.

Efficaciam, valere tum in

Futurum: Atque hic solâ memoriâ remitti patratâ post Baptismum scelera, calumniam esse, mendaciter affictam Catholicorum innocentia: adjungit namque Calvinus in Antidoto, unde calumniam venati sunt, fidem & poenitentiam; tamen hanc, quæ calumniandi causa, non tanquàm, ut sit apud Papistas, Sacramentum: nimirum gratiæ remissionem deberi peccatorum. Cū igitur Baptismus eam conferre soleat gratiam, fieri non potest, quin, si tranquillitate perturbatis ex peccato conscientis, sit opus, ad Baptismum promissæ in semel & semper indulgentiæ veniæ Sacramentum, cogitationes reflecti, indeque paciscendi vicissim cum Deo confirmatio repeti debeat. Calvin. Instit. 4. c. 15.

T A B U L A I V.

Absolutè. Suares. Simpliciter dicendum est, Baptismum esse medium necessarium ad remissionem peccatorum, & ad gratiam, & ad gloriā consequendam. Consentiant Tridentini sels. 7. can. 5. de Baptism. & Catechism. Trident.

De Valentia, qui dicit, Baptismum 1. non ita necessarium, ut sine illo, nullo alio modo, casuque, salutem consequi valeant baptizandi. 2. Adultis sic necessarium, ut, si, cum possent uti, omittant; peccent mortaliter. 3. Parvulis sic, ut absq; eo ordinariè non salventur, excepto casu, si pro Christo moriantur.

Fluminis: qui lotionē fit.

Fluminis: ut contritio cordis, & præparatio sufficiens ad gratiæ infusionem.

Sanguinis: ut, Martyrium, amore Christi & veritatis susce-
ptum. Docent-
que

Duorum
horū al-
terutrum
supplere
vicē Flu-
minis: ni-
mirum

Fluminis; in necessitate. Bellarmino; Perfecta conversio ac penitentia rectè Baptismus Fluminis dicitur, & Baptismus aque saltem in necessitate supplet. Altenstaigh: In remissione peccatorum, & infusione gratiæ, non in remissione penæ. Item: In omnibus adultis & infantibus. Suari: In adultis tantum.

Sanguinis, omnino: 1. Quia configurer hominem Christi passioni & morti. 2. Quia remittat peccatum originale, & actualia omnia. 3. Quia & penam æternam, temporalemque. Bellarm.

Absolutam; quæ media ad finem simpliciter præsupponit.

Secundum quid;
quæ non simpli-
citer: & hanc vi-
cissim respectu
vel

Circumstantiarum, sive temporis, sive personarum. Sic: Obedientiam Magistratui deferendam esse necessitate secundum quid, nimirum à subditis; Rex enim Regi debet nullam.

Dei, instituentis Sacramentum.

Catholici, distin-
guendo; neces-
sitatem aliam

Jam autem fateri nos, eo institutum non Baptismum saltem, sed Eucharistiam; quin & ministerium Verbi eo spectare, ut iis, tanquam necessariis ad obtinendam salutem mediis, communi, certiorique divinæ voluntatis ordine utendum, & in hoc negligentia, contempnūque delinquentes, æternæ mortis reos teneri credamus: neq; tamen ita Deum suam omnipotentia sub hanc, tanquam jugum, necessitatem misisse, ut nullis, nisi hancce viam tenentibus, salvandi spem; eā verò quacunque de causâ frustratis, certam condemnationis expectationem superesse voluerit. Quamvis igitur hujus vel illius in salutem damnationēve in specie, divinorum arcanorum celsitatem adorantes, nolumus inquirere; tamen non omnes, Baptismi lavacro interceptos, æternum perire, persuasissimos esse.

T A B U L A V.

Fideles : atque isti utrinque cuiusvis ætatis ad Baptismum admittuntur.

Suscipientes; suntque vel

8. Infidelibus nati. Num tales admittendi? Resp.

Papiste : Infidelium alios esse servos; alios liberos. Hos non posse admitti, nisi consensus accesserit parentum; illos posse à Principibus bello captos. Vasques, Thomas, Dominicus à Soto.

Catholici : Utrunque genus arcendum esse. Nam etsi circumcidendos Abraham servos suos curaverit; tamen adeò strictum in servos Dominorum jus, hujus temporis consuetudine, quàm servi potiori parte liberi sunt, non ultra locum in Repub. obtinere. Quod ad liberos; posse consentire parentes, vel ipsosmet convertos, vel minimè. Si prius sit, æquum in Ecclesiam jus sibi pariter & filiis, conversione acquisitum, baptizandos flagitare; sin posterius, differendum esse, donec adultiorum pia conversatio, cum fide conjuncta, Ecclesiæ in suum eos gremium recipiendi animum addere possit.

Non baptizati : & hi sine controversia admittendi sunt.

Baptizati : iique vel

Legitimè : cum nihil de essentialibus Baptismi quicquam omisum est. Tales non admittendi : quia Baptismus, ritè semel susceptus, repeti non debet.

Illegitimè : atque tales admittendi. Nec hic obstitunt Adversarii.

Peculiare, quale fuit Johannis Baptistæ. 9. Num idem cum hoc nostro Johannes administraverit Baptisma? Resp. Papistæ : non numero saltè, sed & specie, imò toto, sicut vult Stapletonus, genere, diversum. At Catholici; per omnia idem.

Conferentes : ut Ministri. Estque hoc Ministerium, vel

Ordinarium, quale fuit Apostolorum, & hujus tēporis est. 10. *Quibus legitima hujus usurpatio permittitur?* Resp.

Papiste : Administrationem esse aliam

Solemne, cum præcisâ ceremoniarum observatione. Atque hanc esse Episcoporum & Sacerdotum tantum. Thom. Catechismus Trid. Soto, Suares. Presbyterorum non? Imò Bellarm. esse ex officio, quamvis cum subordinatione & dependentia ab Episcopis.

Extra ordinem; quando Baptismi egentes, in mortis articulo positi, moram nō suserunt. Et hanc omnium esse, Laicorum, baptizatorum, non baptizatorum, fidelium, infidelium, virorum, mulierum. Admonent tamen duo: nimirum hac in re

1. Alios aliis præferendos: nec enim licere baptizare

Laicis; præsentem Clerico.

Infideli; præsentem Christiano.

Mulieri; præsentem Viro.

2. Manere nihilominus Baptismum ratum, etiam si non sine harum præscriptionum neglectu conferatur. Suares.

Catholici : primò, prout inter Episcopum & Presbyteros, quod ad munus evangelizandi, discrimen non agnoscunt; ita potestatem conferendi Baptismi, æquo jure, sine ullo subjectionis & dependentiæ respectu, utrisque communicatam profiteri. Deinde, Baptismum, si non per manus eorum, qui publicum munus gerunt in Ecclesia, administraretur, nihil ex Baptismo præter nomen præ se ferre; adeoque; ne micam quidem Sacramenti, plurimum verò ex ridiculis in scæna histrionum gesticulationibus in se continere.

T A B U L A VI.

Professio; dum Catechumenus Baptismum suscepturus nomen proficitur.

Descriptio.

Nominis

Papista: Bellarm. esse in ritibus Baptismum comitantibus. Valques: Fieri non tantum in infantibus, sed & in adultis, immutato priori.

Impositio.

II. Num fieri debeat?

Resp.

Catholici: Id usum obtinuisse nunc in infantibus, ad exemplum fortè Johannis & Christi, novis in circumcissione nominibus insignitorum; verum in adultis factitatum, non esse verisimile. Atq; aliud retenta Simonis, Saulis, Cornelii, Sergii Pauli, Lydiae, Dionysii, & Damaris, Constantini, Ambrosii, Augustini, Adeodati, Tertulliani, Cypriani, Gregorii Nazianzeni patris & filii, Synesii, Victorini, in Baptismo nomina evincere.

Ab institutionis origine: ut,

Scrutinium, examen competentium, qui per id sedulo informati aquas essent petaturi.

Abrenuntiatio Diaboli, pompæ, operumque ejus, à Catechumeno professâ.

Fidei professio, Symboli recitatio: quæ fiebat vel

Simpliter.

Respondendo interroganti Sacerdoti per singula, in subsidium fortè pudoris, aut memoriæ.

Legitimi; quorum aliud genus est

Ritus, qui circa quæ Catechumenos, quæ infantes usurpantur. Suntque

Inde remotius: ut, Susceptores.

Qualiter his, pro infante respondendum? Resp.

In more positum veteribus fuisse, infantem tanquam virum interrogare; susceptores tanquam infantem de hujus fide conscientiaq; verbo profiteri. Quæ consuetudo anxium tenuit olim Bonifacium Episcopum apud Augustinum epist. 23. retinerique adhuc in Liturgiâ Romanæ Ecclesiæ: sed indignum esse Christiano nomine, fidem linguâ, quasi comœdiam, ludere, ubi sancta Religionis celsitudo, rei veritatē, paratum pectus, ac promptum animum exigant: & temeritari non tolerandæ in spiritualibus proximum esse, infantes, id quod nec sunt, nec esse possunt, & an adhuc futuri, incertum sit, testari. Deinde, hunc morem eò usq; vigere potuisse, donec numerosior Catechumenorū multitudo, propriam actualis fidei confessionē flagitaret: postquam ad infantes deventum, hanc ætatu- lam ad capacitatem superatā compellere, iniquū esse. Sufficere igitur, sponsonem interpositā se curaturos, ut infans moribus educetur Christianis. Quod & utiliter facturi sunt, si meminisse promissorum voluerint.

Alieni, Vide T.

An hoc susceptorum, &c. Vide S.

T.A.

T A B U L A VII.

S.
12. An hoc Susceptorū negotiū causam præbeat, ad contrahendū cum baptizato & ejus parentibus spiritualem cognationem?
Resp.

Papista: Catechismus Tridentin. *Sanctissime à sancta Ecclesia constitutum est, ut non solum is, qui baptizat, cum baptizato, sed etiam susceptor cum eo, quem suscipit, & cū ejus veris parentibus affinitate devinciatur.*

Catholici: Nihil minus: & Susceptores non eo suscipiendi labore, sed unitate fidei; non baptizanti, baptizato, baptizateque parentibus solum, sed omnibus Christianis spiritualiter cognatos esse.

T A B U L A IIX.

Modus; alibi namque observatum { *Præcisè, ut in Thessalia. Socrates lib. 5. cap. 22.*
 { *Strictæ necessitatis, & ægrotorum habitâ ratione. Cyprianus epist. 76.*

Statum temporis: nimirum Sabbata Paschæ & Pentecostes; cujus observati est

Ratio, in { *Paschâ; quoniam Baptismus ad remittendum peccata ex passione Christi vim obtinet, & instar resurrectionis transfert nos de morte in vitam: quare merito in Paschâ celebratur, quando passio Christi, resurrectioque est consummata.*

{ *Pentecostes; Festiva Dominicæ resurrectionis recordatio finem vel quia {*
 { *fortiatur.*
 { *Gratia Spiritus S. copiosius diffusa sit. Hæc Suares.*
 { *Baptismus, quâ predicatus, quâ administratus, ab Apostolis primum in lucem emerferit.*

{ *Duratio, quæ in Caroli Magni tempora, notante Suare, desit.*

Aqua consecratio, orationibus, invocationibus, unguenti & chrismatis trinâ perfusione peracta. Vasques.

T.
Alieni:

Generalis: { *Baptizandum Christo, in quo confidat, deinceps, & quem confiteri publicè non puduerit, nomen suum consecrâsse. Colonienfes.*
 { *Ad præmonendum: Diabolum, quoties signum videat, hoc suum pristinum vas abalienatum à se scire debere. Rabanus Maurus.*

Crucis signū; cujus significandi ratio est

Specialis; respectu membrorum, quibus adhiberi solet manu Sacerdotis. Signantur enim

{ *Bellarmino & Vasqui solum duo:*

{ *Frons.*
 { *Pectus: ut credat in Christum: Corde enim creditur ad justitiā.*

{ *Oculi: ut intelligatur, baptizandum ad videndum charitatem preparari.*

{ *Aures: ut constet, eum ad audiendum Verbum Dei consecrari.*

{ *Colonienfes etiam* { *Nares: ad percipiendum suavitates odoris Dei.*

{ *Scapule: ad suscipiendum jugum servitutis divini.*

{ *Os: ad confitendum: Ore namque fit confessio ad salutem.*

{ *Consecrati salis, &c. Vide U.*

T A B U L A IX.

Consecrati salis in os ingestio, ad præservandum ab iniquitatis fœtore, contraq; putredinem à verbis peccatorum; & pro majori gratiâ sapientiæque sapore consequendis. Colonienſes, Rabanus, Ivo Carnotensis.

Saliva;
cujus sunt duo:
 Instituto. *Quòd Jesus*, inquit Rabanus, *quando surdum & mutum sanavit, tangens cum spūto linguam ejus, & mittens digitos suos in aurículas ejus, dixit, Ephata, quod est, aperire. Hoc enim Sacramentum hic agitur, &c.*
 Uſus cum fine; ad-movetur enim
 Nari-bus: { Accipiendum odorem notiæ Dei. Rabanus.
 ad { Repellendum fœtorem noxiarum delectationum. Ivo.
 { Discretionem fidei. Colonienſes.
 Auribus: ad audiendum mandata Dei, ſenſuque intimo cordis repōnendum. Rabanus.

Impoſitio manū cum benedictione ſacerdotali, quam omiſſere Rabanus, Ivo, Colonienſes: Bellarmino & Vaſqui ſolū nominatam, Inſtitutionis rationē petentibus ex Matth. 19. Act. 8. 9-13.

Unctio, eſtque
 Olei benedicti ante Baptiſmū. Idq;
 In pectore, cum hac formā: *Nulla reliquis latentis inimici in ea reſideant, ſed in fide ſanctæ Trinitatis mens ejus confirmetur.* Rabanus. Vel: *Muniatur ad verſus hoſtem inviſibilem, ne ei immunda & noxia perſuadeat deſideria.* Ivo Carnotensis.
 Inter ſcapulas, cum hac formā: *Undiq; muniatur, & ad bona opera faciendā per Dei gloriam roboretur.* Rabanus. Vel: *Fortitudinem accipiat ad portandū pondus diæ & aſtus, ſicut bonus athleta.* Ivo.

Chriſmatis in vertice poſt Baptiſmū;
 cujus eſt ratio, tum
 Inſtitutionis; quòd non ſemper adſit Epiſcopus, ut continetur Baptiſinati confirmatio. Bellarm. Petiturque inſtitutio ex Matthæi 3. ubi deſcendit Spiſcopus, ut continetur Baptiſinati confirmatio. Bellarm. Petiturque inſtitutio ex per Chriſtum. Rabanus.
 Significationis: nimirum Spiritum S. per chriſmatis unctiōnem in Baptiſmate virorem conferre fidelibus cœleſtis gratiæ. Rabanus. Et: Baptizatum Chriſti militiæ eſſe inauratū. Colonienſes.

Abſtinentia carnis, vini, Veneris, cum aliis pœnitentiæ operibus, ad explorandam talibus exercitiis catechumenorum tolerantiam; digni Baptiſmi ſuſceptione ſint, nec ne? & ad expeditius ſuſcipiendum hoc Sacramentum. Bellarm. Vaſques.

Oſculum pacis, peracto Baptiſmo, in ſignum fraternitatis.

Cereum accenſum traditum in manus baptizati: ad ſignificandū,
 Baptizatum fidem & gratiam accepiſſe, translātumque è poteſtate tenebrarum ad lumen & ſortem Sanctorum. Bellarm. Vaſques.
 Impleri debere illud Evangelii: *Sic luceat lux veſtra, &c.* Ivo.

Veſtis candida; datūq; vel in
 Baptiſmo ſolenni, Sabbatho Paſchæ, uſque ad Dominicam, quæ proxima eſt poſt diem Paſchæ; adultis toto corpore geſtandā: ad ſignificandū; ut, qui primæ natiuitatis decorem vetuſtatis pannis obſcaverat, habitu regenerationis gloriæ præferat indumentum: Ivo. Puritatem animæ: Vaſq. Manumiffionem & libertatem: Colonienſes.
 Aliis Baptiſmis ſolū ad operiendū caput, & ſignificandū: ut intelligat baptizatus, ſe diademate regni & ſacerdotali dignitate poti. Ivo.

Hi ſunt exoleti
 Delibatio lactis, & mellis.
 Lotio pedum baptizatorum.

Hoc de genere rituum ita sentiūt Catholici; illos, ex vanā ingenii curiositate natos, pravā superstitione, in Religionem irrepisse, lenemque Christiani jugi suavitatem, multis ac variis observationum flexibus, gyrisque; pessimum in modum multasse: facilitatem oneris Evangelici in molestissimam operositatem suā difficultatem deturbasse: & qui iis ex Ecclesia eliminandis piā simplicitate gaudentes operam locarunt, probē officio defunctos esse. Neque horum observationi prætendi posse vetustatem: enim verò quod jus ipsis Papiis in nonnullis horum rituum; ut, veste candidā, velamine capitis, pacis osculo, abstinentiā carniū, viniq; temporis assignatione, de medio tollendis, licuit usurpasse: idem nostris quoque, ad similiter cum reliquis supposititiis humanæ sapientiæ fortibus procedendum, licuisse. Aut enim omnes, si satis consuetudinis vetustas ad rem faciat, fuisse retinendos; aut uno, vel quibusdam sublati, oportuisse in universum sublato.

PARS V. & ultima.

TABULA I.

Eucharistia. 1. Num Catholicis arrideat? Resp. Calumniari Sanctissimum; nos ab hac appellatione abhorre: & Maldonatum, nostram incitiam tanquā ridiculam traducentem, qui, quasi satis non haberemus, si rebus, nisi quoque verbis hæretici essemus, noluerimus Eucharistiam, sed Cœnam appellare, ut nos non solum Religionis, sed & linguæ reformatores profiteremur. Sed experimento calumniæ utrumque posse convinci: id enim nominis & Doctores nostros; Plessæum Chemnitium, Martyrem: & Confessiones; Helveticam, c. 21. Anglicanam, art. 12. usurpasse.

Cœna Dominica. Durius: ut, Sanctissius. Non competere institutioni tanti Sacramenti. 2. Num conveniat huic Sacramento? Resp. Croquetius, & Maldonatus: Non prodire ex Scripturis. Mollius: non improbant vocabulum ex se, sed saltē nostri causā, quod id nos libentius usurpemus. Colonienſes, Suares, Gregorius de Valentia.

3. Cujus est originis? Resp. Alii; Græcum esse: ut, Covarruvius, teste Suare, & Genebrardus. Alii; Hebræum: ut, Demochares, Cotonus, Boverius. Alii; Latinum, & refutant priora: ut, Lindanus, Bellarm. Valsq; Suares. Neque sanē dubium esse debet, Missam dici à mittendo. Nam quod objicit Boverius, non occurrere Latine dictum, Missam in feminino genere: verum id quidem de temporibus Ciceronis, aliorumque purioris Latinitatis; sed postea minimē, quando elegantiam Latinam barbaries invadere, Tertullianusque & Cyprianus remissam substantivē pro remissione dicere, & collectam similiter pro collectione usurpari, consuevit. 4. Quam antiqua? Resp. Cotonus, Richeomus; A' primordiis Ecclesiæ procedere. Garecius; Cum ipsā Romanā Ecclesiā cœpisse.

Alcuinus: Missa dicitur, quasi transmissa, vel quasi transmissio: ed quod populus fidelis preces & oblationes per ministerium & orationem Sacerdotis ad Deum transmittat. Lombardus: Missa dicitur, ed quod cœlestis nuntius ad consecrandum vivificum corpus adveniat, juxta dictum Sacerdotis, dicentis: Omnipotens Deus, jube hac perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum. Idcirco nisi Angelus venerit, Missa nequaquam jure vocari potest. Alii, & quidem major pars, etymologiæ rationem esse volunt, à dimittendo populo, quod bis fiebat: & cum catechumeni, quibus nefas erat interesse mysteriis: & cum postea populus dimitterentur. Unde liquet, nomen esse ineptissimum tantæ rei referendæ, ex nulla vel parte, vel effecto mysterii, sed ex more accidenti, utpotē dimissione plebis, impositum.

Res &c. Vide X.

X.
Res; confi-
derantq;
Eucharis-
tiam,
quatenus
est vel

Sacramen-
tum: cu-
jus sunt,
tū id,
quicquid
est

Exter-
num:
ut, Ma-
teria;
estque
hæc
vel

Remota:
ut, Pa-
nis &
Vinū.
Et hic
partim

Consentimus

Dissentimus; idque in qualitate

Vini.
S. Nū
sit de
neces-
sitate
Sa-
cra-
menti,
aquā
mi-
scere
vino?
Resp.

Panis; idque

Primò namq; tametsi duo signa sint; & Græci, Basilii, & Nazianzenus, *avēvov*; sed & Latinus Gelasius Sacramenta in plurali dixerit: Eucharistiam tamen unum nonnisi esse numero Sacramentum. Hoc nimirum & signa complecti, & ad sacram referri actionem. Quatenus hoc, singulare esse; quatenus illud, pluralitatem admittere. Sed & convivium quantumvis pane constet atque vino, unum nihilominus esse: sic domum ex multis lapidibus; Ecclesiam ex multis fidelibus se se habere.

Secundò, damnandos Artotyricas, panem & caseum; Cataphryges, & Pepuzianos, panem, infantis anniculi sanguine farinæ admixto, confectum, teste Augustino; Aquarios, aquam loco vini, teste Alphonso de Castro, offerentes.

Papiste: Soto, Bonavent. Thom. Biel: Aquæ admixtionem non esse de necessitate Sacramenti. Alii, ex quorum numero Bellarminus; Ita necessariū apud vinum misceri, ut non possit sine gravi peccato omitti.

Catholici: Aquæ admixtionem rem esse ab arbitrio nostro dependentem, nec omissionem, vel usurpationem cuiquam fraudi esse posse: modò attentò id ad ordinem Ecclesiæ animo geratur. Damnari igitur duntaxat in hoc capite rigidam sub necessitate peccati observationem præter Scripturam.

Non; Utrum fermentatus, an azimus assumi debeat? Nam ut Papistæ arbitrariam, non neglectis circumstantiis, utriusque usurpationem, Græcisq; hæreseos notam inustam fatentur; non quod fermentatum amplexi, sed quoniam azimum damnare ausi sint. Sic & Catholici non nefciunt; Utrovvis utaris, parum aut nihil in eo, ad derogandum Sacramento quicquā momenti esse.

Sed; 7. *Utrius usurpatio convenientior sit?* Nam Papistæ in suo azimo, ne nomine quidem, pane, laudādo promptiores sunt. Nos autem Catholici nostrum fermentatum, tanquā propius ad scopum institutionis Christi accedentem, maluimus præferendum.

Propinqua &c. Vide Z.

Internum &c. Vide D.

Sacrificium &c. Vide N.

T A B U L A III.

Nullis verbis, sed absolutâ potestate, & voluntate, vel tactu, vel aliquo signo externo consecrâsse. Innocent. III. & IV. Franciscus Maironis, Gabriel Biel, Godefridus Pictaviensis, Guillelmus Durantius Mimatensis, Ambrosius Catharinus.

Christum cōsecrantem ;
8. Quomodo Christus consecrârit ;
verbis, an secus ? Resp.
Alii,

Verbis maxime. Et horum ajunt alii, cōsecrâsse verbis

Nobis incognitis. Hujus sententiæ fuisse Albertum commentariis super Evangelium, notat Cæsariensis Archiepiscopus ille.

9. Quoties protulerit? Resp. Quidam; quod bis: semel fecerit, antequam panem acciperet, daretq; Discipulis: aliâs elatâ voce. Stephanus Episcopus Hædunensis. Alii verò; quod semel tantum.

Expressis istis: *Hoc est corpus meum.* Et his rursus dissensio: quaritur enim

Nondum ab Evangelistis in narrâdo rerum ordinem observatum; Christum namq; protulisse, cum benediceret.

A consecratione incipiendo, usq; dum distribuere supersedisset, prolationem continuâsse. Sic Thomas. Ordinem observatum; sed protulisse Christum, non, cum benedixit, sed cum distribuit. Sic Scorus.

Sine ullo ordine omnia simul à Christo facta dictaq; fuisse. *Hanc*, inquit Cæsariensis, *opinionem aliqui nunc apud nos Theologi sequuntur.*

10. Quo ordine? Resp. Alii:

Se-ipsis; estque hæc dissensio circa tum

Consecratione. Et hic dissentiant tum à

Z. Propinqua: ut, elementa consecrata. Et hic disputatur de tum

Verba; quibus consecraverit. Et hic querunt:

11. An his quatuor verbis, *Hoc est corpus meum*, fieri consecratio possit? Atque hic duas esse diversitatum opiniones, admonet Cæsariensis.
12. An hæc verba materialiter, an significativè, in consecrationis formâ sumantur? Hicque vicissim in decem partes sententias distractas esse Cæsariensis ille notat.

Nobis &c. Vide

Consecratorum &c. Vide A.

Nobis

Nobis;
idque
circa
hæc:

13. Utrum rectè faciamus, verbis Paulinis pro institutione utentes? Moris hujus oppugnato-
rem se litit Sanctefius, non sine calumnia: Nos Ecclesia, sic vocat, desertores tam impoten-
ti in illam odio exarsisse, ut omnes ausi simus ab Evangelistis descriptam institutionem repu-
diare, & ei supponere quidvis aliud. Sed, si idè repudiare Evangelistas est, quod ex
Paulo quid mutemur, Papiſtas repudiare magis Paulum: non tantum, quia non ex ipſo;
sed quia ne ex Evangelistis quidem quicquam usurpent: Deindè, nos non ita sacros auto-
res discordes imaginamur nobis, ut, si quid ex uno repetendum sit, id sine injuria in alterum
nequeat præstari. Tertiò, nullis Liturgiis ulla recitatio ex uno Evangelistâ, sed ex
tribus, & Paulo exstat: eaque non iisdem verbis, sed variata; nec tantum, sed & aliundè
aucta. Quartò, quoniam nec per omnes Evangelistas, institutionis gratiâ, ire libuit: &
unam ex omnibus formulam excerpere, vel ab alicujus à recto declinationis metu, vel à
linguis Adversariorum mordacibus minus duxerimus tutum; commodissimè Pauli nar-
rationem, veluti pleniorè, selegimus.

14. Utrum consecratio quatuor his verbis, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, inclusa
sit? Resp. Vasques, Catholicam sententiam esse: Verbis illis absque ullâ ahi oratione
perfici consecrationem panis & vini. Sed Catholici formam separant à consecratione:
illamq; ajunt in iis verbis consistere, alteram autem totâ institutione, adeoq; quicquid
in eâ fecerit Christus, dixeritque, & nos facere jusserit, usque dum ad distributionem sit
perventum, contineri. Et quamvis illa verba, ad superinducendum in vulgaria elemen-
ta religiosam & sacram dignitatem, plurimum momenti adferant; hanc nihilominus
mutationem solis in iis sitam, minimè esse persuasos.

15. Utrum &c. Vide &c.

T A B U L A IV.

Re. Trident. Concil. Si quis dixerit, Ecclesia Romana ritum, quo summissâ vo-
ce pars canonis & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse, anathe-
ma sit.

Papista;
& eo-
rû qui-
dam
de

Statu quæ-
stionis:

Hardingus; Hanc hujus articuli rem & materiam neq; è sum-
mis mysteriis, neq; è summis religionis Papiſticæ clavis esse
Richeomus; Quasi nos statum constituamus quæstionis, quo
morem damnemus orandi summissâ voce.

Bellarmin. Non quæri, an sit per se illicitum, totam Missam altâ
voce celebrare: nec se ignorare, modum vocis non pertinere
ad substantiam Sacrificii, posseq; omnia ad arbitrium Ecclesiæ
immutari: sed, utrum consuetudo Latinæ Ecclesiæ, quædam
summissâ voce pronuntiandi, repugnet Christi ordinationi, ac
proinde sit mala, & necessariò corrigenda?

15. Utrum
hæc con-
secratio
submissâ,
an altâ
voce per-
agenda?
Resp.

Catholici: Negari, consecrationem summissè licere peragi. Et quod ad Hardingum;
Bielem ei contradicere, Epitome in Canonem, 2. parte Missæ Catechumenorum.
Dicitur hæc pars cum sequenti canone, secretum: quia ab hac oratione incipiunt al-
tissima mysteria, quæ populo celari debent, ne usu vileſcant. Denique, quid sibi vo-
lunt anathemata, si tam de leviculâ re mota tacendo rogandi? Quod ad Richeomum;
nostrum nunquam fuisse, de more, Deum tacendo rogandi, quærere: distinguimus
enim orationem publicam à privatis. Has licere non tantum fugiente aures sono vo-
cis, sed & nullo concipere: exemplo matris Samuelis, 1. Sam. 1. Jonæ, præceptoq; Chri-
sti, Matth. 6. Illam autem esse, vel quæ publico fieri loco soleat; vel quæ à personâ
publicâ totius nomine cœtus. Quod ad prius; neminem etiam in publico à precibus
apud se-ipsam fundendis prohiberi. At alterum orandi modum, altum audibilemque
sonum vocis requirere. Quod attinet Bellarminum; minimè controversiæ momen-
tum, consuetudinem summissæ quædam pronuntiandi esse, sed celebrationem Eu-
charistiæ.

T A B U L A V.

Directè; Cofterus: *Ex his efficitur, sanctissimum hoc Sacramentum, & juxta nomen suum venerabile, quantà potest reverentiâ, honore, celebritate, tum interno cordis affectu, tum exterius ceremoniis à Christi fidelibus venerandum, colendum, & adorandum esse, summa etiam cultu, quem Græci *εὐχαριστία* vocant, soli Deo conveniente. Non aliter Petrus Michael, & Tapperus.*

Papista; & horum quidam

Obliquè, & per flexum. Concilium Trid. *Si quis dixerit, in Eucharistia Sacramento Christum, unigenitum Dei Filium, non esse cultu latriæ, etiam externo, adorandum, &c. anathema sit.* Sed & Bellarm. Pighius, aliique, de adoratione nonnisi unius Jesu Christi disputantes.

Adoratione.
16. Nū Sacramentum hoc adorandum? Resp.

A.
De consecra-
torum ele-
mentorū
usu externo;
qui consistit
in

Catholici: In Eucharistia adorare, dupliciter capi posse: ut Eucharistia sit adorationis vel

Modus tantum; & sensus sit: Non aliter adorari Christum in Eucharistia, quam in oratione, aut Litania. Quomodo, si quis nostrum, adorandum in Eucharistia Christum, negatum iverit; ille, quod minus hæreticorum inscribatur albo, milleque feriatur ac obruatur Tridentinorum fulminum ictibus, causam non dicturos: tum quia hoc Sacramentum celebrantium devotionem exigit; tum quia pars est ipsum divini cultus, unde adorationem nunquam abesse oportet.

Objectum; ut etiam imagines, quibus adorationem detrahare Gregorio de Valentia est, hæreticè contrà Ecclesiam pugnare. Atque hic si sit sensus Papistarum, anathema simus, siquidem sententiam vel cogitatione modo conferre cum iis velimus. Istam autem illos mentem præ se ferre, nec ex superius citatis, nec ex ipsomet eodemq; Concilio obscurum manere. Sess. 13. can. 5. *Nullus dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles, pro more in Ecclesia Christi semper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento veneratione exhibeant.* Hic nos igitur, si usquam alibi, Papistas, tanquam fœdæ idololatriæ laudatoribus propugnatoribusq; adversarios acerrimos profiteri.

Reservatione, &c. Vide

Fractione. Vide B.

Distributione. Vide C.

Reser-

Reservatio.
17. Num re-
servatus post
communi-
onem panis
habeat ra-
tionem Sa-
cramenti?
Resp.

Papista; Concil. Trident. Ravestein, Suares, negantes in Eucharistia usum duntaxat efficaciam sacramentalis terminum esse, sed & ulterius protendi. Unde duo conclu-
dunt: unum, Concilium; Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam in Sacrario
reservare, sed statim post consecrationem adstantibus distribuendam, aut non licere, ut illa
ad infirmos honorifice deferatur, anathema sit. Alterum verò, Loricus: In Eucharistia
consecrata manet Christus totus, quando illa, aut aliqua ejus particula sua specie du-
rat, ubicunque sit, aut inveniat. Nimirum corruptionem speciei hoc mysterium termi-
nare, neque quando illa abest, siue sit in humano, siue vermium stomacho, siue extra
stomachum per vomitum reddita, corpus Christi desinere.

Catholici: Usus panis & vini unum esse ex essentialibus Sacramenti. Proinde quem-
admodum cetera Sacramenta, sic nec Eucharistiam extra usum Sacramenti habere
rationem.

TABULA VI.

Communione; Et hic nolunt frangi. Salmero: Ecclesia Catholica modo non
frangit, sed unum integrum Christi corpus sub forma parvi panis, post benedi-
ctum etiam calicem, cuiq; distribuit.

18. Fran-
gunt ne
Papistæ?
Distin-
guunt
Euchari-
stiam, tã-
quã
quã fiat
gratiã vel

Sacrificii;
Et hic
frangunt:
verum

19. In quot partes? In tres.

Gratianus:
Triforme
est corpus
Domini,
pars

Oblata in calicem missa, corpus Christi, quod
jam resurrexit, monstrat.
Comestia, ambulans adhuc super terram.
In altari usq; ad missa finem remanens, corpus
in sepulchro: quia usq; ad finem seculi corpora
sanctorum in sepulchris erunt.

Bonaventura: Partes in corpore Chri-
sti mystico sunt in triplici differen-
tia. Quidam enim

Regnant in Paradiso.
Regnant in sepulchro.
Pugnant in merito.

20. Quo mysterio? Resp.

Johannes Fabri:
designari om-
nes participes
Passionis Do-
mini, quorum
quidam

Hic vitam degunt in fide, iustitia, & Sa-
cramentorum communione.
Cum signo fidei decesserunt, quiescunt-
que in somno pacis, nondum tamen
purgatis peccatis.
Admissi in hereditatem coelestem.

Scotia: Signifi-
cat hac divisio
in tres partes,
tũ

Divisionem corporis Christi in Passione:
est enim vulneratus in manibus, pedi-
bus, & latere.
Tres in Christo substantias, divinitatem,
animam, corpus.
Triplicem ejusdem statum; cum aliquan-
do fuerit mortalis, aliquando mortuus,
nunc sit immortalis.

21. Num fractio &c. Vide 20

21. Num

Bellarmin. *Sexta propositio. Fractio Sacramenti ad essentiam non pertinet, sed solum ad integritatem.*

21. Num fractio sit de essentia Sacramenti? Resp.

Catholici: Cum & Dominus usurpaverit, (*Indignum verò esse Domino, qui aliter mysterium celebrat, quàm ab eo traditum sit, Ambrosio teste:*) cum & Evangelistæ, Paulus etiam, omnes denique Liturgiæ, tam non immemores fractionis in recitando fuerint, quàm aliorum quorumcumque; cum & Apostolorum tempora, Actor. 2. & 20. 1. Cor. 11. indeque secuta Christiana secula, in more positam fractionem tenuerint: ideo tam non esse negligendam, quàm alia, quæ ex institutionis necessitate tradita, sub mutilatione integritatis Sacramenti negligerentur.

Esseque adhibitam duplici de causa,

Mythicâ, quam Hardingus indicavit. *Ut, inquit, eo modo Christi Passio nostris memoriis representetur, in quâ ejus preciosum corpus in crucem suffixum propter peccata nostra frangebatur, disrumpebatur, lacerabatur.* Thomas quoque: *Sed & in sententiis Prosperi apud Gratianum hæc causa exprimitur.*

Finali, quam Thuanus indicavit in explicatione Missæ, cap. de fractione Hostiæ: *Uusus erat, inquit, ejus frequens in primitivâ Ecclesiâ pro communione fidelium affluentium.*

T A B U L A VII.

Consentiant; idque in his duobus: 1. Sacerdotem toties oportere communicare, quoties celebrat. 2. Licere adstantibus vel accedere communionem, si voluerint; vel abstinere, si noluerint.

C.
Distributio:
& hic partim nobiscum

Dissentiant; idque in istis:

22. An legitima sit Eucharistia sine distributione? Resp.

Papista; 1. Se hunc morem, quo solus non raro Sacerdos communicat, non ex suo voto natum, sed ex negligentia & culpa plebis introductum, tenere: nihil enim per se præterire, si legitime communicandi copia sit postulata. Concil. Trident. *Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicarent.* 2. Hujusmodi privatas Missas legitimas esse. Concilium. *Si quis dixerit, Missas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque atrovandas, anathema sit.*

Catholici; & initio pessimo, quicquid hoc moris est, inchoatum, & in usurpationem religiosam acceptatum, pravâ superstitione retineri, ac eliminatione dignum esse. Et quod ad votum Tridentinorum, causæque moris istius rejectionem in plebem, attinet; illud oris esse duntaxat, nihil de pectore circumferre: alioquin, quid juvaret pro legitima observatione prælium conferre? Et stuporem plebis prætexere, excusationem esse, quæ nec admitenda sit, ubi melius se res habere potuerit: & quæ nec culpa liberet, sed eam potius fateatur: præstareque, ubi defectus est, omnem emendationi lapidem movere: vel, si proficiendi spes nulla, supersedere potius, quàm errorem errore compensare, ac tueri.

23. Quomodo &c. Vide &c.

24. Quid &c. Vide ††

23. Quo-

23. Quomodo distribuendum: porrigendum in manus? an in os ingerendum? Resp.

Papista: Et Christum priorem distributionis modum usurpasse; & Ecclesiam multis post eum, seculis retinuisse. De Christo testantur Justinianus, Jansenius, Salmero, Scortia, Maldonatus, Durandus, Tholosanus, Binnus. Sed nihilominus Maldonatus; *Meliore*, inquit, consilio postea Ecclesia, non in manus, sed in os Sacramentum dare cepit, quod id est minus periculi, & multo plus haberet reverentia. Quomodo, quamvis Christus carnatis corpus suum & sanguinem dederit, Ecclesia consilium Augustinus laudat, quod ea relicta consuetudine, non nisi jejunis dederit.

Catholici: Et signorum manu perceptionem, Christi Apostolorumque exemplis, & multorum seculorum usu comprobata, magis humanam censendam: & Papistarum rationem, a nono vel decimo seculo introductam, brutis similiorem esse: & Papistas, aetati synceriori, dilutiorum jam superstitionibus, nec causam Antichristi non suspectam, præponderantes, præpostero & iniquo judicio procedere. Et Dominum, Apostolos, Veteres, sanius, quantumcunque Papistarum est, consilium secutos, qui & providerint periculis, & venerationis non fuerint immemores: neque tamen, oralem illum communicandi morem plus amplectendum, videre potuisse.

Questionis statum, quem sic constitui volunt, ut necessitatem includant; nec simpliciter, sed, ut nonnulli, etiam ad salutem. Priorem Bellarm. Utrum necessario participanda sit Eucharistia sub utraque specie? Tapperus alteram: Non est Laicis necessaria ad salutem communio sub utraque specie.

Papista dupliciter ad

Rem. Concilia, Constantiense, Basiliense, Trident. primum: *Declarat, inquit, decernit, & definit, quod, licet Christus suis Discipulis administraverit sub utraque specie hoc venerabile Sacramentum, tamen hoc non obstante, &c.* Et laudat plebi diminutæ communionis consuetudinem, quam pro lege sancit: & pœnam, sive docentibus, sive facientibus secus, ex communicationem constituit.

24. Quid sit distribuendum: num & calicem cum pane? Laicis pariter ac Sacerdotibus? Resp.

Catholici: Si Papistæ intelligant necessitatem, quam comminiscuntur ipsi in Baptismo, tunc nos testari, hanc nunquam vel quassasse, vel docuisse: sin aliud genus malint, quod possit & debeat institutionis esse, hoc modo fateri, calicem tam necessarium esse, quam communionem postulantibus ipsa sit Eucharistia. Neque Papistis hanc necessitatem displicere posse; docentibus, Communionem sub utraque conficienti Sacerdoti omittendam non licere. Qui itaque, hanc necessitate participandi calicis, ad communicandum paratos non teneri, docere, plebemque dimidiâ Sacramenti parte defraudare audent, sacrilegos, & hæreticos esse.

D. Intermittit; idque consistit in, sunt

Se totas.

25. Num
ha enun-
tiationes
tropica
sint vel
figurata?
Resp.

Interpreta-
tione harū
enuntia-
tionum:
Hoc est cor-
pus meum;
Hic est
sanguis
meus: ex-
que spe-
ctatur vel
secundum

Partes: ut

26. Subjectū,
Hoc; quid
demonstrat?
Resp. Papi-
starum alii,

Demonstrare; idque vel

Sensui; idque vel

Panem; huiusq; vel
Cor-
pus;
idq;
vel

Papista: Sanctissimus; Ecclesia Catholica per universum orbem diffusa
hactenus credidit & asseruit, sensum institutionis de Eucharistia, quem
litera gignit, mordicus tenendum esse.

Catholici: Nobis, & similium sacramentalium locutionum exemplis
motis; & literalis interpretationis absurditatibus absterritis, in op-
positum mentem ferri: horumque verborum sensum talem dari
placere; Hoc, i.e. panis, in manus meas acceptus, oblatus vobis, &
comedendus, est, i.e. significat, corpus meum illud-ipsū, quod ex
Mariā virgine suscepi, crucifixum, &c.

Nihil demonstrare, utpotē recitativē saltē dictum. Salmē-
ro: Respondemus, in verbis, quae nos proferimus, Pronomen illud
nihil demonstrare, quia verba sunt potius recitantis, quā
enuntiantis. His ergo sensus erit: Hoc, i.e. Nihil est Corpus
meum.

Substantiam. Bonaventura: Pronomen demon-
strat panis substantiam sub accidentibus, &c.
His ergo sensus erit: Hoc, i.e. Haec substan-
tia panis, sit corpus meum, vel transit, vel
mutatur, vel transubstantiatur in Corpus
meum.

Accidentia. Suares: Secunda principalis opi-
nio est, Pronomen Hoc, designare acci-
dentia seu species panis. His sensus erit: Hoc
continet Corpus meum.

Ut est in se- ipso. Sensus ergo:
Corpus meum, ut est in se, est
Corpus meum.
Ut est sub accidentibus. Sen-
sus: Corpus meū, prout est sub
accidentibus, est corpus meum.

Suares.

Intellectui. Dominicus Soto: Pronomen in forma conse-
crationis demonstrat, non quidem singulariter panem, qui
nunquam est corpus, alias non esset conversiva panis in
corpus, sed solum significativa, quod corpus est corpus. Sed
demonstrat communiter, & in genere contentum sub illis
speciebus, quod quidem in principio erat panis, & in fine
corpus. Sic & Vasques, Suares, alii. Sensus: Hoc, quic-
quid est entis sub his accidentibus demonstratis, est cor-
pus meum.

Intellectui simul & sensui. Scotus: Quidam dicunt, quod
hoc Pronomen Hoc, faciat demonstrationem ad in-
tellectum & ad sensum simul. Sensus est, ut idem Sco-
tus docet: Hoc, i.e. aliquid sub hac specie praesens, vel de
propinquo futurum, est corpus meum.

Catholici. Vide &c.

Pradicatum. Vide E.

Copula. Vide F.

Quae ab ea interpretatione, &c. Vide G.

Catholici: Cūm Pronomina in alienam potius, quā propriam inventa gratiam sint, & nominis in oratione sive palam positi, sive ad subintelligendum taciti, sive præcedentis, sive subsequēntis vice, fungantur; hic quoque non aliud Pronomen *Hoc*, quā solitum aliis sæpius significandi officium obtinere. Et quia ad aliquid subsequens indigitandum, nec contextus series, nec alia incommoda, usurpatum esse permittant, panem in præcedentibus expressum demonstrare, adeoque sensum enuntiationis dari, *Hic panis est corpus meum*, necesse esse.

T A B U L A IX.

E. *Prædicatum*: ut, *Corpus meum*; *Sanguis meus*. 27. Quid illud sit? Resp. *Catholici*: Cūm corpus duplex tantum sit, Proprium & Mysticum, quorum hoc hic locum habere nequit, quandoquidē Christus dixerit, non, *Hoc est corpus*; sed, *Hoc est corpus meum*: cūm & quod pro vobis frangitur, subjecerit: cūm & aliæ similes in Scriptura sacramentales locutiones, ut, *Petra erat Christus*: 1. Cor. 10. *Septem vacca septem anni sunt*: Genes. 41. nullum vel in subiecto, vel prædicato tropum præ se ferant; ideo Corpus, illud ipsū à Spiritu sancto in utero Virginis formatum, carne constans, & ossibus, cruci suffixum, in cælum delatum, illud ipsū, inquam, esse: mentitūque Lucam Brugensem & Bellarminum, accusantes Calvinum, quasi 4. Instit. 21. §. 17. corpus non verum, sed symbolum interpretaretur; quandoquidem eo loci Calvinus totam dicat enuntiationem figuratam.

Papista: Maldonatus, Lucas Brugenfis, Vasques: Non hic tantū tropicam non esse; sed nusquam alibi quoque sic affectam occurrere.

F.
Copula: ut, *Est*. 28. *An sit figurata*? Resp. *Catholici*: Quoniam disparati de disparato prædicatio, figuratam enuntiationem evincant; nusquam verò tropus in duabus partibus, prædicato, & subiecto, propriissimè sumptis, compareat; idcirco in copula tropum quærendum, & Baptistæ sententiæ contrarium verum esse.

T A B U L A X.

G.
Quæ ab interpretatione horum verborum, *Hoc est corpus meum*, dependent:
Quomodo corpus Christi manducetur? Vide H.
An impii communicent corpus Christi? Vide I.
Quomodo corpus Christi sit præsens in Eucharistia? Vide K.
Num sit Transsubstantiatio sive Conversio panis in corpus Christi? Vide L.

T A B U L A X I.

I. Modo manducationis. Bonaventura: Manducationem duplicem esse; Sacramentalem, & Spiritualem: hanc esse rei significatam; illam signorum tantum, absque re significata. Consentit Thomas: Suares; Spiritualem esse, vel Spiritualem tantum, vel Spiritualem & Sacramentalem simul. Et illam, quæ fiat per votum & desiderium Sacramenti. Alteram verò, quid sit, docere neglexit. Perinde & Sacramentalem esse, vel Sacramentalem tantum, vel Sacramentalem & Spiritualem simul. Soto: Quatuor modos esse, Brutalem, Sacramentalem tantum, Spiritualem tantum, Sacramentalem & Spiritualem simul. Sed hoc refutans; Duo ergo, inquit, sunt præcisè modi manducandi in re, scilicet unus merè Sacramentalis, & alter simul Spirituális. De Turrecremata; Sumptionem esse, vel rei simul cum Sacramento, vel rei tantum, vel Sacramenti tantum.

II. Manducatione corporis Christi specialius. In Palinodiâ Berengarii, cap. Ego Berengarius. de Consecr. dist. 2. consentio, &c. Panem & vinum, verum corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi esse, & sensualiter, non solum Sacramento, sed veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. Sic & Rossensis contra Oecolampadium, Sebastianus Michaëlis, Sanctesius, Dedehus.

Papista, de

Trajectio in stomachum. Bonaventura: Aliqui, inquit, dixerunt, quod non solum in ventrem, sed etiam vadit, quocumq; illa species deferuntur, salva naturâ illarum, siue in ventrem muris, siue in locum immundum. Aliqui, quod non solum in ventrem hominis vadit, sed etiam ibi manet, quandiu species illa sunt ordinabiles ad refectionem. Alii, quod ad ventrem perveniunt, quousq; incipiant consumi, & amplius non morantur. Aliqui, quod solum est cum illis speciebus, quandiu sunt cum aliquo sensu, vel visu, vel gustu.

III. Consequentibus manducationem; suntque

Dejectio per vomitum. Bonaventura. Bedæ sententia de vomitu, ad solas species pertinente, improbata; Alia, inquit, sententia videtur securior, & autoritatibus magis concordare, quia corpus Christi cum illis speciebus descendit ad stomachum, & sub illis est, quandiu illa sunt sub propria forma, & habent rationem reficiendi. Unde concedunt, quod corpus Domini est in stomacho, quia ibi sunt species, ut cibis: & ideo si evomuntur species, evomitur Eucharistia. Et si species possit ab aliis discerni, sumenda esset. Si autem species istæ transeant stomachum indigestæ propter aliquam infirmitatem, sunt tunc extra proprietatem refectionis: & ideo, si vadant in secessum, non est ibi corpus Domini.

H.

29. Quomodo corpus Christi manducatur? Resp.

Catholici. Vide 29

29 Catho-

Catholici: Quemadmodum in Baptismo, aquæ usus, lotio, non terminatur in corpore duntaxat, sed similitudine sordium, per aquam extrinsecus detergendarum, ad animam suis inquinamentis eluendam transferretur, ut à priori objecto corporalis, ab alterâ spiritualis lotionis nomen obtineat: sic in Eucharistiâ, signorum usum, manducationem, potumque, non os duntaxat, dentes, linguam, œsophagum, stomachum detinere, sed & à mentium fide accensarum occupationibus exerceri: & ut corporea illa organa realiter circa panem & vinum excipienda versantur; ita fidei, in verè & reapse percipiendo corpore & sanguine Domini, functiones non esse denegandas. Nos ergo, si similibus cum Papistis deliris esse liceret, inhumana illa absurda, ad quæ vel inviti delapsi sunt, Christum dentibus, ventri, vomitui obnoxium esse, admirari ac suspicere fore paratos; nunc humanioribus uberibus innutritos, corporalem corporis Christi manducationem rejicientes, anthropophagiam illam, Papistarum Capernaïticam crassitiem, cyclopicam lanienam, abominari.

T A B U L A XII.

Papiste: Bellarm. lib. 1. Eucharist. cap. 13. affirmativè.

Catholici: Si quidem semel figmentum illud Transsubstantiationis, Ovidii metamorphosi, monstrorum officinâ, dignum, apud sanctum nostrum, cum Scriptura tantum sentiendi, rigorem, fidem invenire mereretur, non amplius mansurum esse dubium, quin, qui pane vesceretur in Christi corpus transmutato, iisdem in esum corpus Dominicum cedere & possit & debeat: nunc, ex verbo Dei per Spiritum S. secus instituti, Eucharistiam nimirum duabus rebus, cœlesti, terrenisque, Dominum constare voluisse; has ore, illam fide percipi oportere: afferimus, visibilia illa elementa, omnibus, absque bonorum, malorumque discrimine, quibus os ad comedendum non desit, exposita esse, atque ad usum patere: ad cœlestem illam sublimemque portionem, toto cœlo à sensibus & tactu nostro distantem, unicâ fidei, absentia representare valentis, famulatione, Sanctorum animabus profuturam; impiorum autem, fidei egenorum, communioni credere obnoxiam, sanctum canibus, & margaritas porcis objicere, adeoque impium esse.

T A B U L A XIII.

Papiste: Concil. Trident. Principio docet sancta Synodus, & aperte, ac simpliciter profitetur, in almo sanctæ Eucharistiæ Sacramento, post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum atque hominem, verè, realiter, ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Explicat Bellarminus, & illud, verè, opponit modo, quem nos dicimus, præsentiam sacramentalem: illud, realiter, modo, quo Christum fidei præsentem esse credimus: illud, substantialiter, modo, quo Christum virtute Spiritus sui fidelibus adesse communicantibus docemus. Becanus, posteaquam præsentiam quatuor modos explicuisset, repræsentativæ, apprehensivæ, oblectivæ, sive mentalis, effectivæ, sive virtualis, & ejus, quæ per se: addidissetque, in prioribus tribus consensum nobiscum constare; Tota, inquit, difficultas est de quarto modo: An scilicet Christus, non solum per figuram, & per apprehensionem, & per effectum, sed etiam per se ipsum sit præsens, ita, ut caro & sanguis ejus ibi sit verè, realiter, & substantialiter? Calvinista negant. Catholici ajunt.

Catholici: Vide

TABULA XIV.

Resp. Ca-
tholici:

Sacramenta Eucharistiæ intelligere Papistas, vel externa, & aspectum nostrum occupantia Symbola; vel totam sacræ illius ceremoniæ actionem, ex symbolorum corporali, & rei, symbolis illis significatâ, invisibili perceptione constantem. Quod ad prius, et si fateamur, Panem & Vinum verè ac realiter dici, esseq; corpus, & sanguinem Christi, quod hæc loquendi forma, Sacramentis usitata, nihil vani, falsique præ se ferat, sed reverà id innuat, & certò certis exhiberi admoneat, cui indigendo à Salvatore est adhibita; tamen à modo præsentis Sacramentali abhorre, & Christum substantialiter, ac corpore-tenus, dexteram Dei occupantem, & indè ad iudicium altero adventu expectandum, speciebus illis involutum, latitantemq; somnare; omnem stuporem superare, & ultrà Nicodemici imaginationis crassitiem sapere, esse. Quod ad alterum, quin Christus in Sacramento, ubi offertur; & accipitur, corpore & sanguine suo, verè, realiter, & substantialiter præstò fit, dubium nullum esse: tantum, illam præsentiam veram, realem, substantialem, non fidei adminiculo, & immensâ adorandâque efficacis Spiritus virtute effici docentes, sed locum alium, præterquam quo semel concessit, determinantes: oris denique & stomachi, ad corpus Christi masticandum, devorandumque officia, monstrum horrendum, ingens, impium, comminiscens, sanctissimè abominari.

TABULA XV.

Generalius
hanc
conversionem
explicando,
cap. 18.
cujus
tùm

L.
32. Num sit
Transub-
stantia-
tio, sive
conversio
panis in
corpus
Christi?
Resp.

Papista:
Bellar-
minus
lib. 3. de
Eucharis-
tia, idq;
tùm

Conditiones enumerat quatuor: 1. Ut res convertenda desinere. Hinc concludit, Panem non amplius esse panem. 2. Ut aliquid succedat in locum ejus, quod desinit esse. 3. Ut sit una continua actio à desitione unius ad successionem alterius. Hinc concludit, Panem in Eucharistia non annihilari. 4. Ut termini à quo, & ad quem sint positivi. Hinc concludit, Transubstantiationem non esse in genere conversionem naturalium, in quibus terminus à quo privatio sit formæ in materia pristina, ens non positivum; sed in ordine conversionem miraculosè factarum.

Modos distinguit: Conversionem aliam esse *productivam*, in qua res conversâ nondum existens, vi conversionis producit: ut factum in aquâ, in vinum conversâ. Aliam esse *conservativam* rerum, convertendarum, & conversarum, eodem loco existentium: ut fit in penetratione corporum æqualium, quorum unum in aliud conversum non producit vi conversionis, sed tantum divinitus conservatur. Aliam *adductivam*, ubi res conversâ absens, vi conversionis, illic, ubi res existit, convertenda, sistitur. Hinc concludit, Transubstantiationem esse postremi census, unde corpus Christi, terminum conversionis, ad quem, non produci simpliciter per conversionem, quasi tunc inceperit esse, sed quatenus cœperit in speciebus panis esse. Nec in Eucharistia præsentari, cœlum deferendo, & per motum localem, sed beneficio conversionis, efficientis, ut non solum subbit speciebus panis, vel iis coexistat, sed etiam uniatur, loco nihil tamen permutato.

Specialius, questionis affirmativam statuendo, c. 11. *Catholica Ecclesia semper docuit, per conversionem substantiæ panis & vini in corpus & sanguinẽ Domini, quæ conversio postmodum Transubstantiatio appellata est, fieri, ut corpus & sanguis Domini verè ac realiter in Sacramento Eucharistia præsentia sint.*

Catholici: Vide M.

TABULA XVI.

M.
Catholici:

Agnoscere nos, nec diffiteri, terrena illa, & visibilia elementa, absque aliqua mutatione, in Sacramenta fidei nostræ concedere non potuissē, nimirum eā, quæ consistit in rei officio, & usu, à vulgari tritoq; in aliquid divinum ac sublimius transmigra- to: Panem nimirum & Vinum, nuda, antè caducæ mortalium vitæ pabula, ex naturā in religionem versā, propter arctam cum corpore, sanguineq; Domini- co, institutæ significationis cognationem, veneranda eorundem nomina; adeoq; insitā sibi humana corpora cibandi facultate, occultam spiritaliter pascendarum animarum rationem; adorandum fidelium, cum Christo capite suo, copulationis mysterium; beneficam erga nos magni Dei mentem testificandi, titubantis fidei nostræ tenuitatem stabilendi, promovendiq; partes induisse: sed quibus hoc genus mutationis, omnibus Novi, Veterisq; Testamenti familiare ac proprium, fastidiente, ac nauseabundo stomacho repugnentibus, venire in mentem Tran- substantiatio potuit; & qui extructæ semel insanæ huic Babeli, Accidentia posse subsistere sine subiecto: Unum corpus in pluribus locis, Plura corpora uno in lo- co esse posse: Corpus non occupare locum, monstruosa substrata fundamenta pro- pugnare, tanquam aras & focos, non erubescunt; illos evertere Sacramentorum, corporis Christi, panis, accidentium, loci, conversionis naturam; sacram Scriptu- ram, in inauditi, omnibus retrò seculis, portentis patrocinium advocare satagen- tes, prophanare; bellum naturæ indixisse; adeoque humano, ne dum Christia- no, nomine se ipsos indignissimos effecisse.

TABULA XVII.

Papiste; Bellarminus: *Catholici scriptores, qui hoc nostro de sacrificio Missa scripse- runt, omnes in eo porissimum laborāt, ut ostendant, in Missa offerri Deo verè, ac propriè, corpus & sanguinem Domini, sub specie visibili panis & vini. lib. 1. de Missa, cap. 5.*

N.
33. *An corpus & sanguis Christi in Eucharistia, tanquam in vero, reali & externo sacri- ficio sub specie- bus panis & vini, Deo offe- ratur? Resp.*

Catholici: Nos certò scire, credereque, sanctum offerendorum propriè Sacrificio- rum morem, singularem Legalis pædagogicæ religionem existitisse; Deumq; iis, tum ad exercendum sui Nominis cultum, ac pietatis obsequium, tum ad excitan- dam Patrum fidem, erigendosque, in expectationem temporis salutiferi venturi Christi, eorum animos, tanquam typis & umbris uti voluisse. Verum, quia Salva- tor abundè expletis, per adorandæ suæ Incarnationis adventum, fidelium expe- ctantium votis, venerabili Corpore suo, in victimam, frequentato Judaicarum ce- remoniarum ritu, digito præmonstratam, expiandis totius generis humani pec- catis, oblato, reconciliatāque semel cum Deo pace, patefactā ad cælum æternam- que salutem januā, immolationibus, & faciendis ultrā hostiis, æternas fores ob- diderit; ut, si in aliquam incidas in Evangelio laudatam commendatamque Sacrificiorum mentionem, non aliorum, quàm spiritalium, in mentem venire oporteat: ideo nobis in hoc statu gratiæ constitutis, ab onere veteri, ac difficul- tatibus exsolutis, nullam sacrificandi vel causam, ac necessitatem, vel utilitatem superesse: ut, qui hodiè prophano, superstitiones superstitionibus accumulandæ studio, idololatrica, nescio quæ, offerendi quotidie in Missa, Christi sacra, commi- nisci sint ausi, eos non modò nullum audacis figmenti sui præmium reportatu- ros, sed etiam ob illatam semel peractæ cruci Christi, nec ampliùs repetendæ, in- juriam, salutari partæ redemptionis fructu indignos, perniciosas sibi, salutiq; suæ infidias tetendisse; adeoque sepultas Judaici cultus pompas, & imagines, simpli- citati ac veritati paratos antepone; ad Judæos, comparituri sui Messia gratiam præstolantes, æternūque præstolatu- ros, amandandos videri.

Μόνω τῷ Θεῷ ὁμολογῶ.

THE
JOURNAL
OF
THE
AMERICAN
MEDICAL
ASSOCIATION
PUBLISHED WEEKLY
CHICAGO, ILL., U.S.A.
Vol. 10, No. 1, January 1, 1917
Price, Five Cents
Subscription Price, \$5.00 per Annum in Advance
Entered as Second-Class Matter, October 3, 1902
Postpaid
Acceptance for mailing at special rate of postage provided for in Act of October 3, 1917
Authorized by Act of October 3, 1917
Copyright, 1917, by American Medical Association
Printed at the American Medical Association, 535 North Dearborn Street, Chicago, Ill.
Second-Class Postage Paid at Chicago, Ill.
Postmaster: Send address changes to JOURNAL OF THE AMERICAN MEDICAL ASSOCIATION, 535 North Dearborn Street, Chicago, Ill.